

SECTIO QUINTA, DE
ANTIDOTIS, QVAE ELE-
CTARIA VOCANT.



ELECTARIUM qua forma anti-
dotarium dicitur, cōpositio scilicet ele-
cta aliquot simplicia medicamenta cō-
prehendens: id quod licet medicamen-
tis omnibus cōpositis cōmune est (omnia
enim delectis summa diligentia sim-
plicibus perfectissimis componi debent, non adulteratis, aut
aliter vitiatis & imperfectis) tamen ut antidotorum ge-
nus duplex contractum est usu neotericorum. Alterum so-
lidum & durū, reliquū molle, nō tamen liquidū. Fit utroq;
ex pulueribus maximè, ijsq; vel saccharo, vel melle, vel
utroq; cōprehensio, addito etiam melle aëreo, nonnunquam
penidijs, quādoq; miua, sapa. Quae quidē ijs miscentur, non
modo ut pulueres per illa comprehensio facilius deuorentur,
sed etiam diutius efficaces seruentur, & ut dulcorentur,
praesertim qui sunt gustu ingratiore. Qui enim grati
sunt, iusculis inspergi & condimento possunt, & salis vice
sumi, qualia sunt Galeno, diatrionpepereo, diacalamin-
thes, & quae Mesues prima scribit. Possunt tamen haec etiā
iisdem autoribus melle despumato excipi, vel etiam Ara-
bum, & neotericorum more, saccharo in aqua rei proposita
idonea dissoluto, & ad iustam crassitiem cocto comprehen-
di, mox complanari, & in tabellas solidas, nūc quadratas,
nunc quadrangulas, sed oblongas, nunc rhomboïdes secari
quas vulgus lozengas vocat, ut oblongas manum Christi,
a digitorum longitudinis forma. Qui verò pulueres sapore
sunt ingrato magis, melle omnino vel saccharo, vel peni-
dijs, vel miua, vel simili sunt dulcorandi, siue solidum, siue
molle

*Et A. s. l.
12 lig.*

molle faciendum sit electarium, quoniam mel & minus mollibus sint ferè destinata, ut saccharum & penidia duris. Sic ut pro vncijs tribus pulueris aromatum, & aliarum specierum tritarum & cretarum, misceatur libra vna, vel mellis, vel sacchari, vel vtriusque ana selibra. Quo autem plus horum habet dulciù, minus est efficax, sed delicatius: ob id libra sacchari, ut loquuntur, syrupi &ati, & perfectè cocti, hodie vnciam tantum vnam pulueris specierum tenuissimè triti & creti comprehendunt: alij etiam semunciam. sunt qui tantum drachmas tres vel etiã duas, quando delicatissimis hominibus scilicet tabellas solidas paramus. Creti addo propter amygdalas & semina alia gummi, quæ cum cribrari nequeant, non estimantur: ob id in diatrageantho Nicolai quia pauca sunt creta, vncias tres pulueris miscemus vni libræ sacchari, licet gummi aqua violarum vel alia scopo idonea melius dissoluatur. Quæ verò electaria mollia tam grata palato quam ingrata paramus, mellis despumati libræ vna, & pulueris specierum tribus vncijs, omnino temperamus apud Mesuen & alios, nisi in alicuius gratiã aut mel augemus, aut puluerem etiam vncia vna minimus, cuius quãto plus habet medicamentũ, tantò est valentius, cum vis eius omnis à puluere pendeat, cuius parua quantitas mellis, aut sacchari copia obtunditur. Mollè autem sicco est efficacius, quia pulueris plus capit, melius feruet, agrè expirat, proptius in corpus distribuitur. Quapropter vni libræ sacchari parum coctæ sunt qui miscent hodie rhabarbari pulueris, vel alterius vncias quatuor, quinq, sex, palati voluptate vtrinq, neglecta, quado parũ diu seruare libet, ac paucis tabellis magis medicamentosis

30 ager gaudet potiùs, quam multis minus efficacibus. Id quod in electarijs quoq, mollibus quidam hodie etiam factitant. Nec fortasse alienum à ratione est, quòd hodie sicco electa-

rio, quàm humido minus puluerum miscemus, quòd in subiecto sicco valentiores appareant, praesertim cum maxima ex parte potentia sint calidi. Sunt autem qui pulueres electarys vtriusque parcius misceant, non de palato agrorum solliciti, sed sumptum fugientes, praecipue cum puluis preciosus est, vt in electarys cardiacis. Quam rem à medicis animaduerti quàm diligentissimè vellem. Alij preciosa medicamenta pondere medico appendunt, alia viliora pondere (quod medicu quoq, sed grossum vocant) tam graui tamen vt vncijs suis duodecim (quot libra medica completur) aequet podus vnciaru sexdecim, quot libra mercatoria & negotiatoria continet. Nec desunt qui drach. nouem vnc. habet: & octo his preciosa, illis vilia appendentes, hoc se modo compositioni satis fecisse rati. Quam Verò differentiam Arabistarum vulgus inter confectionem, hoc est, compositionem, omni composito medicamento conuenientè, & electarium sunt commenti, non seruant ipsi perpetuò, vt illa solum sit electarium solidum: electariu verò latius pateat, & etiam molle comprehendat. Quam nominu confusione planè indicabat Mesue interpretres, scribens confectione de baccis lauri, confectionem alkermes, confectionem pilularum talium & talium, & alibi saepe. Sed haec nominu portenta ex Mesue de industria sustulimus, vt facie paulo teriore lectorem magis alliciat, & contentu reddat. Nec tantum dulcia, & amara sunt electaria, sed etiam acida, vt diaprunum, diatamar Indorum Nicolai, & quouis sapore praedita inueniuntur. Sed ad hos sapes duos, dulce & amarum, tanquam ad gratum, & ingratum Mesues reduxit, quomodo & odorum species omnes (quæ Galeno tot sunt, quot saporum sed non omnes nominatae) ad suaueolens, & graueolens, seu odorem gratum, & ingratum reduxerunt maiores nostri. Nec mittendum est, quod ceteris pari

ribus electarium molle est, valentius est sicco: hoc est, si pon-
 dus idem specierum libra mellis ad molle, libra sacchari
 ad durum acceperit, potentius aget molle, quam siccum,
 etiamsi mox a componendo utrunque sumatur. Qua de
 causa hieram mellitam potentius purgare censuit Gale. lib.
 septimo methodi. Sed si utrunq, seruetur, quod dicimus ap-
 parebit euidentius nam electaria sicca initio sunt valen-
 tiora, & quo diutius seruantur, quia vis eorum promptius
 exhalat ex corpore tabellarum tenui, eò imbeciliora eua-
 10 dunt. Mollia contra tempore in se mutuo agentibus ipsis
 simplicibus & patietibus à suo calore nativo, tandè coquun-
 tur illa sua velut fermentatione, tantarū virium, ut medi-
 camentū vires acquirat, non modo his quas recēs habebat
 cōtrarias, sed à simplicium omnium viribus diuersas, vnā sci-
 lice: velut specificā formam nouā adeptum: id quod theria-
 ce & opiata multa alia medicamenta sole clariū ostendūt
 qua mox ut sunt cōposita, tam valētes habent opij, et alio-
 rum refrigerantium vires, ut stupofaciant, & tāquā par-
 tes mortificent, ubi verò post menses aut annos cōtione ac-
 20 ceperunt, nunc celeriozem, ut si optimum recipit cinnamo-
 mum theriace, nunc tardiorē, si deterius iam calefaciunt,
 & quo diutius seruata sunt viribus integris, eò calidiora
 euadunt, & suam velut florētē aetatem ostentant. Tūc-
 que non modo calefaciunt pro simplicium suorum ratione,
 sed etiam valentius, & facultatem sortiuntur à forma ac-
 quisititia nouam: ut cum ex māza feruendo euasit fer-
 mentum, vires à māza diuersas omnino nanciscitur, et ex
 vino acetū, et ex vino nouo vinū idem vetus, id quod Ga-
 30 lenus in theriaca abundè docuit, & in Antidoto Philo-
 nis libro methodi medendi. Ut molle item electarium sic-
 co sit prastantius, nisi quando potentius siccandum, non
 mediocriter facit promptior ipsius in corpus distributio.

Ut enim potu quam cibo impleri est facilius, sic medicamen-
 ta quanto lauius trita sunt & liquidiora, tanto celerius
 in corpus rapiuntur: tamen pro cuiusque palato nunc illud,
 nunc hoc sumendum est, nisi aliud intercedat, quod vnum
 altero reddat vtilius. Electaria autem tam solida, quam
 mollia non purgatoria, sumantur horis duabus ante cibum,
 si apparare humores expulsionem, obstructions liberare, vrin-
 as, aut menses, aut sudores mouere, crudos in corporis ha-
 bitu succos coquere debent: horis quoque duabus ante cœ-
 nam sumi possunt: quæ verò coctionem iuuant, partes nu- 10
 tritorias roborant, aut etiam cor, illa mox antè vel post,
 vel etiam inter epulas sumi possunt, vti et analeptica inter
 cibos ferè sumuntur. Quæ alimèti in corpus distributionem
 iuuant, absoluta in ventriculo coctione. Id quod ex cibi in-
 gesti quantitate, qualitate, & tempore coniectabis adhac
 ventriculi coctricis robore aut imbecillitate consueta ad-
 hac ructu nullam alimenti prioris qualitatem referente,
 ventriculi tumore iam submisso, & noui alimenti appetè-
 tia. Quæ cerebrū roborant mox à cibo, vti quæ os ventriculi
 respiciunt, simul enim cū vapore ex alimentis elato, vis me- 20
 dicamenti sursum tolletur. Cerebrum autem roborantia qui-
 dam exhibent horis duabus à cœna: quæ appetentiam in-
 uitant, paulo ante cibum: quæ flatum dissipant, cruditates
 & obstructions corrigunt, ventriculo vacuo tribus aut
 quatuor horis ante cibum: quæ coctionem iuuant, etiam
 inter epulas, & paulo ante, aut paulo post cibum, aut
 etiam mox à cibo, sed cardiaca ore tenenda. Quæ item hy-
 pnotica sunt, paulo post cœnam, hora scilicet qua æger per
 sanitatem dormire consuevit, sumenda sunt eadem stupefa-
 cientia si ad dolorem sedandum, aut sanguinem sistendum, 30
 datur horis quatuor, quinque ante cibum stomacho vacuo.
 Purgantia verò manè horis duabus, tribus, quatuor ante
 cibis

eibum, pro medicamento viribus tardis, celeribus, & corporis humore multo, pauco, crasso, tenui, lento, liquido, pleni natura & morbi temperie. Ad annum seruari possunt: sed electarium quo vtuntur Reges, ad dies tantum viginti, aut triginta: nam rancescit facile. Pulueres autē miscendi melli. Vel saccharo modicè refrigeratis, non autem multum ad huc calentibus, nam aromatum vires calor dissipat.

ELECTARIA GV.
STATV IVCVND, TRI.
GINTA SEX,



LECTARIUM de aromatibus Galeno adscriptum, ad ventriculi, & hepatis affectus frigidos, ex pituita crassa & flatibus natos efficac: flatu enim dissipat, coctionem iuuat: ob id acidus ructus, nauseam, cibi fastidium compescit, colorem cuti floridum affert, canitiem tardat, oris & sudoris odorem commendat: sed hepar & renes immodicè calfacit, ac inde semen & venerem promouet. Recipit autem ligni aloës crudi, rosarum ana aureos duodecim, calami aromatici aureos quatuor, galliæ moschatae, macis, daronici, piperis longi, nucis moschatae, menthæ siccae, spicæ nardi, casia, mastiches, cinnamomi, caryophyllorum, afari ana aureos tres: croci, cardamomi maioris & minoris, trium santalorum, thabarbari, costi, cubearum, zingiberis, seminis, fœniculi, & anisi, & lygustici ana aureos duos, sacchari vncias sex, miuæ aromaticæ vncias duodecim, mellis despumati, quantum sufficit. Datur à drachmis duabus vsque ad aureos sex.

Hoc medicamentum ex aromatum catalogo commistum (vnde nomen habet) valenter calfacit, leniter adstringit: in vsu esse desyt: neque ignauum fuerit etiam si componatur absque cinnamomo, vel calamo aromatico, cardamomo, semine libiſtyci, simplicibus etiam hodie in Gallia desiderati, atque etiam sine reliquorum bona parte, quando singula propè idem pollent: calfaciunt enim, tenuas inci dunt, tergent: quadam adhac leniter adstringendo ro-

borant. Hoc antidotum non esse Galeni aperte declarant gallia moschata, nux moschata, macis, doronicum, caryophylla, santala, rhabarbarum, cubeba, miua aromatica, omnia Galeno ignota, & sacchari vsus infrequens, etiam si non id modo, sed alia non pauca tam simplicia, quam composita Galeno, vel ignota, vel indicta Mesues ex Galeno citet, nisi fortasse antidotariū aliquod falso Galeni titulo circumlatum viderit Mesues, & prater eum Auicennas, & Nicolaus medicus salernitanus in Antidotario suo, tum magno, tum paruo Galenum persape citantes autorem compositionum ipsi indictarum. Quamquam certū esse magnum aliquod Antidotarium à Galeno scriptum, nondum tamen Latinitate donatum affirmet Christophorus Georgius Florentinus: quod falsum esse prater dicta facile conuincit, quod eius nusquam Galenus meminit, nec in numero, nec in ordine librorum suorum, nec libris duobus de Antidotis, homo aliās eius rei studiosus maximè. Rhabarbarū huic inest parcius, quam vt purgare possit.

Electarium ex gemmis ad frigidus affectus cerebri, cordis ventriculi, hepatis, vteri, efficacissimum: nam melancholicos sine causa manifesta tristes, timidos, solitarios iuuat, exhilarat, ad mores probos inuitat: emendat cordis tremorem, syncopen: ventriculum à frigida intemperie imbecillum roborat, & coctione tum eius, tum hepatis meliore reddita, corpus bene coloratum, & odoratum efficit, ob sumptum. Regibus, & magnatibus magis in vsu est. Accipit verò margaritarum albarum drach. duas: † saphiri, hyacinthi, sardinis, granatorū, smaragdi fragmentorum ana drach. vnam & dimidiam: zedoaria, doronici, corticum citri, macis, seminis oxymi caryophyllati ana drach. duas: coralli rubri, electri, limaturæ eboris ana drach. vnus partes duas: ben albi & rubri, caryophyllorū, zingiberis, piperis longi, spicæ nardi, folij, croci, cardamomi ana drachmā vnam: trochiscorum diarhodon, ligni aloës ana drach. quinque: cinnamomi, galangæ, zurumbet ana drach. vnam & dimidiam: auri, argenti foliorum ana aureum dimidium:

† Ab his nominibus sortitur.

diūm: moschi boni drach. dimidium, ambræ drach. duas. Con-
fice cum † melle emblicato & melle rosato colato ana, vel etiā † Aly. succo.
saccharo rosato si solidum facturū es, non molle. Datur ab
aurei semisse ad aureum vnū cū aqua buglosi, & vino odoro.

Sic parandum est hoc electarium ad frigidos dictarum
partiu affectus salubre: ad calidos verò, & cū febre cōiun-
ctos ablatis aromatibus cōponēdum est, nisi datur vt lib. 12.
meth. Vinum calidū, odorū, tenuium partium in syncope
etiam cū febre, & à bile flaua stomachū mordente: Vbi ve-
10 rō succis & spiritibus ob tenuitatem, corporū raritatem fa-
cile & multū diffatis fit syncope, vti nec vinum tenue sic
neque hoc electarium cōuenit, nisi ablatis aromatibus. Ra-
rum est in tabernis, & si gemmis his facultas aliqua dictis
partibus roborandis apta insit: optima gemma sunt leuigā-
da, non fragmenta, & rasura quadam veris gemmis solo
colore affines, & earum vel purgamentū, vel si gignuntur
in terra, & aluntur gemmæ metallorum modo (vt chymi-
stis placet) gemmarum sunt velut rudimentum à natura
excoli cœptum, nondum absolutū. Quauis autem hos gem-
20 marum pulueres Graci veteres non sumpserint: tamen esse
efficaces Arabum experientia probauit, nec à Græcorum
placitis abhorret, cū etiam integrum iaspide viridem è re-
gione stomachi appensum, roborare ipsum affirmet Galenus
libro nono simpl. & margarita, & corallium viribus non
obscuris valent. Auri verò & argenti folia, an ad decorē
addantur tantum, & sumptum, ostentationemq̄, an vires
prætereà aliquas medicamento, vt Mesues vult, afferant,
docui in simplicibus Turumbet à Zedoaria hic separat: id cū
desideretur, Zedoaria illi facultate similis duplum est mi-
30 scendum. Cū emblicas recentes habere nō possumus, quarum
succo pulueres excipias, vt quidam legunt (vt in simplici-
bus dictum est, & post in conditis) ex siccis vino vel aqua
pro

probè maceratis succum exprime. Id electarium siccum & puluere Parrhisijis hodie seruatur: potest tamen cum saccharo in aqua buglossi (cui infusa sint myrobalani, emblica) soluto percoqui in formam siccam, & siccari in offas quadrangulas, vel rhomboides, uti cum melle in electarium molle.

†
Confectio
alxermes
vulgo.

† **E**lectarium ex granis tinctoriis ad cordis palpitationem, syncopen, mentis alienationem, seu desipientiam, mœrorem sine causa manifesta: facultates enim nostrum corpus dispensantes mirificè roborat. Accipit serici succo granorum tinctoriorum recenter tincti libram vnā, succi pomorū dulciū, 10 & aquæ rosarū ana libram vnā & dimidiam viginti quatuor horis macerandam: deinde paulisper his incoquendam, donec liquores isti rubeant. Quos expresso & abiecto serico coq; cū sacchari optimi libra vna & dimidia ad mellis crassitudinem: ab igne depositis, sed adhuc calentibus misce ambrae crudæ minutim concisæ drach. quatuor: qua liquata, iniice puluerem sequentem, ligni aloës crudi, cinnamomi ana drach. sex, lapidis cyanei lori, & præparati, margaritarum albarū ana drach. duas, auri boni foliorū drach. vnā, moschi laudatissimi scriptulum vnum. Datur ab aureo vno ad aureos duos & dimidiū. 20

In simplicibus eadem hæc compositio in lapide cyanea à Mesue describitur, ponderibus errore librariorum nō parum deprauatis. Efficacissima multorum etiam Regum ac Reginarum in Gallia testimonio est probata, maximè in quibus vel longo morbo fessis, & iam moribundis, vel ab eo reualescentibus, natura languet: etiam si quibusdā maximè improbari audiam, dicentibus coccum baphicam solū adstringere, & suo colore rubro sanguinem, & spiritum similitudinis ratione magis ad se distrahere, & dissipare, quàm cogendo firmare: præterea lapidē cyanēū vomitu & 30 deiectione purgatorium, naturam turbare tantū, & humores melancholicos exagitare, ob quantitatem tam exiguam non vacare. Quæ obiecto momenti nō est maioris: quàm de shabarbaro in electario præcedenti: utrunque enim largiore copia sumptum est purgatorium, parciore verò, alia sua
sub

Substantia roborat, purgatrice imbecilla ne mouet quidem corpus vel tantillum. Rationabilius obijcerent, hæc purgatoria, cum inferiora sunt ob paucitatem, verti in humorem eum quem attrahere nata sunt. Sed id verum est, vbi sola sumuntur, non castigata aliorum hanc noxam prohibentiū mistione. $\alpha\lambda\lambda\ \kappa\omicron\kappa\kappa\omicron\sigma\ \beta\alpha\phi\iota\kappa\omicron\sigma$ id est, ex granis tinctorijs dici potest Sericum autem rufum & crudum tingitur succo ex granis tinctorijs recentissimis extracto: id triduo siccatum maceratur vno die aqua rosarū solius lib. tribus, vel aqua rosarum & succi pomorū dulciū ana lib. vna & dimidia, calfactumq; modicè in vase duplici lauatur, exprimitur, expressus liquor cum sacchari lib. vna & dimidia percoquitur ad mellis crassitiem, aufertur igni, & calido adduntur quæ Mesues docet. Siccum idem medicamentum vsurpari hodie video.

Electarium xylaloës morbos cordis, ventriculi, hepatis frigidos sanat, & partes ipsas roborat. Ob id cordis palpitationem, syncopen sanat: exhilarat, coctionem iuuat, ac inde & odore suo halitum oris cōmendat: accipit autē ligni aloës crudi, rosarum rub. ana drach. octo: caryophyllorum, spicæ nardi, macis, nucis moschatae, galliæ moschatae, cubebæ, cardamomi vtriusq; mastiches, cinnamomi, cyperi schœnu anthūs, zedoariae, behen albi & rub. folij, serici crudi, margaritarum, corallij rub. succini. citri corticum & foliorum, ozymi caryophyllati, sisymbrij aquatici, menthæ siccae, piperis longi, zingiberis, ana drach. quatuor: ambræ drach. vnam & dimidiam, moschi scrip. vnum: excipe melle emblicarum, & miua aromatizata. Datur à drach. vna, ad drach. tres.

Electa. lætificans, Hamech filij Zachariæ ad affectus cordis, ventriculi, hepatis, quas partes etiam roborat, palpitationem cordis emendat, valenter exhilarat, coctionem iuuat. proindeq; oris & corporis reliqui odorem commendat, coloremque viuidum facit: accipit verò rosarum, ligni aloës, ana drach. sex: macis, nucis moschatae, galliæ moschatae, cardamomi vtriusque, ana drachm. duas, cinnamomi, croci, ana drach. duas & semiss. cyperi drachm. quinque: caryophyl. mastiches,

spicæ

O
Cōfectio li.
gna aloës.

O

spicæ nardi, asari, ana drach. tres. Excipe melle emblicarum: aromatiza moschi granis quindecim. Datur à drachm. vna, ad drach. tres.

Latificans compositio hæc apud Rasim (quem Hamech filium Zachariæ vocatum quidã volunt) est lib. 5. continetis, quibusdam tamen mutatis: alia eidẽ lib. 9. ad Almanf. cap. de melancholia, multò præstantior ista: alia etiã Mes. cap. de melancholia: alia Mes. & Nicolao ex Gale. (quo tamen lib. nondum legi) citata: alia denique Nicolao Salernitano vsu frequens. Hic verò descripta, quanquam in vsu non sit, tamen ad ea quæ pollicetur est efficax: harũ omnium loco frequentius vsu est elect. Latificans Conciliatoris differentia. 196.

Electa. ex citro, cor & ventriculum roborat, coctionem iuuat, oris halitum cõmendat, flatus crassos dissipat: accipit autẽ corticum citri aureos viginti: caryophylli, ligni alcẽs, cinnamomi, macis, galangæ ana drach. duas: cardamomi, zingiberis ana drach. vnam: moschi drach. quinque: melle excipitur. Datur ad vnc. quinque.

In vsu non est, sed cortex citri saccharo tum liquido, tum sicco conditus, ad cordis & ventriculi robur, & coctionem probiorem diligenter manditur per se, vel alijs mistus: odore. n. aromatico & calore mediocri, & tota sua substantia dictis partibus confert: huncq; sicci loco miscere presenti compositioni, vt sit suauior, nec minus efficax, præstiterit Moschi largior quantitas hic est: suffecerit. n. scrip. dimid. Adhæc in dosi pro vnc. quinque legerem drach. 5.

Elect. dulce ex moscho, ad frigidos cerebri affectus sine febre, melancholiam & ei connatam tristitiam sine causã manifesta, vertiginem, epilepsiam, paraly sin, oris torturã, seu spasnum *κρυσην*, cordis palpitationem, pulmonis affectus, & spirandi difficultatem. Accipit autem croci, doronici, zedoariæ, ligni aloës, macis ana drach. duas: margaritarum alb. serici crudi vsti, electri, corallij rubri, ana drachm. duas & semiss. galliæ moschatae, oximi citrati ana drach. duas & semiss. been albi

albi & rubri, folij, spicæ nardi, caryophyllorum ana drachm. vnam: zingiberis, cubebæ, piperis longi, ana drachm. vnam & dimidiam, moschi scrup. duos. Excipe mellis crudi quadruplo, vase vitreo conde: datur à drach. vna ad drach. duas. Amara autem fiet, atque ad prædicta efficacior, & præterea ventriculi humores etiam putres potentius absumet, si addantur absinthij, rosarum ana drach. tres, aloës lotæ drac. quatuor, castorij, ligustici ana drach. vna, cinnamomi drach. vna & semis.

Electarium dia moschu dulce, multis in usu est: amarum, ob saporis ingratitudinem, nulli: humores ac spiritus tenuat, atque purgat, principesq; partes roborat. Margaritarum, non albarum, sed ambarum quidam legunt: scilicet crassarum, & minutarum, vel integrarum, & perforatarum, quarum crasse & integræ præstantiores sunt. Datur autem manè horis duabus ante cibum: affectibus quoq; cerebri pulmonisq; pituitosis confert, vertigini, paralyti, apoplexiæ, epilepsiæ, asthmati. Secunda Actuarij compositio dia moschu viribus eadem cum ista, licet simplicibus multis variet, ut aliorum diamoschu. Iisdem propè simpl. constat elect. ex xylaloë, & idem promittit. Mel quadruplum erit, si pul. Creti vnc. tres lib. mellis singulis misceantur: sit autem id mel purum, aut despumetur. Hodie autem elect. fit solidum ex sacch. cocti lib. vna, & pul. vnc. vna. Cofect. testicularum vulpis incondita reiecitimus.

Elect. diagalanga, ventriculi & hepatis intemperiem frigidam sanat: ob id coctionem iuuat, ructus acidos cōpescit, & flatus crassos potenter dissipat, atque ab eis natas inflationes: oris halitum commendat, ac gigni prohibet: accipit autem galangæ, ligni aloës ana drach. sex: caryophyll. macis, ligustici ana drach. duas: zingiberis, mactropiperis, piperis albi, cinnamomi, calami aromatici ana drach. vnam & sem. calaminthes siccæ, menthæ siccæ, cardamomi, sem. apij, fœniculi, cari, anisi ana drach. vnam: sacch. albi vnc. decem: mellis despumati q. s. Datur à drach. duabus ad aureos duos.

Nunc ferè cum solo saccharo componitur, aut sicca seruetur, per se, aut cum vino decoctionis galangæ horis duabus

ante cibum datur: inflationemq̄ potenter depellit. Vitanda
estate, & calidis naturis, ac morbis. Etiam radix sola hye-
me in regione frigida commansa idem præstabit.

Elect. diarhodon commune, ventriculum & hepar robo-
rat, coctionem ob id iuuat, & dolorem horum à calenti
& acri, ac mordente bile mitigat: accipit rosarum rub. drach.
triginta: trochiscorum diarhodi, trochisc. ex spodio, glycyrrhi-
zæ ana vnc. dimid. caryophyllorum, trium santalorum, galliæ
moschatae ana drachm. tres: spodij, croci, mastiches, ligni aloës
ana drach. duas: asari, spicæ nardi indicæ, macis, cardamomi, 10
sem. portulacæ, lactucæ, fereos, scariolæ, cucumeris, cucurbi-
tæ, melonis, citrulli, margaritarum alba. ozimi caryophylla-
ti, rasuræ eboris, tragacanthi, gummi Arab. ana drach. vnam:
caphuræ drachm. vnam & semis. moschi script. dimid. excipe
syr. rosato, & aqua rosarum: datur ad vnc. dimid.

*Gentili de Fulgineo & eius discipulo Thoma de Garbo
Usurpatis. Alterū est diarhodon. Abbatibus à Nicolao descri-
ptum, alijs in vsu. Elect. molle hoc fingere potes solidum pro
vario sumentis palato. Sunt qui hoc releuatis à febris bi-
liosjs, vt tertianis nothis, esse saluberrimū dicāt, quia totum 20
ventrem inferiorem, atq̄ adeo renes ipsos roborat, obstructa
liberat, intemperie calidam tollit, appetentiam excitat, &
sumitur cū aquis destillatis cichorij, eupatorij, &c. pro va-
rio scopo. Si verò magis est refrigerandum, recens cōpona-
tur, & aromata vel tollantur, vel multum minuuntur, vt
cum elect. triū santal. facultate multū cōueniat: hic autē syr.
seu iulep. rosatus fit ex sacch. clarificato in aqua infusionis ro-
sarū, & aqua rosata: & deinde percocto ad aquarū cōsum-
ptionem, tuncq̄ reliqua sunt addenda, & fiat cōpositio, vel
liquida, vel in bucellas. De hoc syrup. antè actum est. Alij 30
lib. quinque aquæ rosarum feruentibus lib. duas rosarū re-
centium macerant, manibus exprimunt: idem opus iterum
& tertio repetunt: deinde cum sacchari clarificati libris
quatuor aquam hanc percoquunt in syrupum.*

Elect. aromaticum rosatum, cor, ventriculum roborat, **O** appetentiam excitat, coctionem iuuat, nauseam & vomitum sedat: viscerum humiditatem excrementosam absorbit: accipit autem rosarum rubrarum drach. vnam & dimid. ligni aloës, macis, galagæ, caryophylli, zingiberis: trochiscorū diarhodon, nucis moschatae, galliæ moschatae ana drach. duas & dimid. glycyrrhizæ rasæ vnc. vnam: cinnamomi drachm. tres: cardamomi, spicæ nardi ana drach. vnam: syrupi rosati & syr. corticum citri quantum sufficit. Sunt qui aromatizant moschi scrip. dimidio. Datur à drach. tribus ad drach. quinque.

In usu non est, licet intemperaturas frigidas efficacius sanat, quàm quod sequitur usu frequentissimum.

Electarium rosatum Gabrielis, cerebrum, cor, ventricu-
lum, atq; adeò totū ventrē inferiorē roborat, appetentiā
excitat, coctionē iuuat, vētriculi humiditatē excrementosam &
ab ea putredinē omnē corrigit: ob hæc reualefcētibus & imbe-
cillis mirè subuenit: accipit verò rosarū rubrarū drach. 15. gly-
cyrrhizæ rasæ drac. 7. ligni aloës, fantalorū citreorū ana drac.
tres: cinnamomi drac. 5. macis, caryophyllorum ana drach. 2. &
semissem: gummi Arabici, tragacanthi ana drac. 2. & scriptula
duo: nucis moschatae, cardamomi, galangæ ana drach. vnam
spicæ nardi drachm. 2. ambrae script. duo: moschi scriptulum
vnum: syrupi rosati, & syrupi corticum citri quantum sufficit.

† Seu iulep.
rosati.

*Omnes nutritorias partes, cor, cerebrum roborat, ventri-
culi totius & stomachi imbecillitatē ab humiditate mul-
ta, & ab ea putredinem corrigit, appetentiam excitat, co-
ctionem iuuat, conualescentibus & debilibus mirè subue-
nit. Idem propè pollent apud eundem Mesuen descripta, aro-
maticum minus, stomachicum rosatum, aromaticum mo-
schatum, aromaticum caryophyllatum, aromaticum nardi-
num, & aromaticum Galeno à Mesue adscriptum. In usu
est frequentissimo, parum calet aëre calido, & temperatu-
ra calida, tutius est prædicto, sed ferè cum saccharo in aqua
rosarum soluto, forma solida coquitur, sicq; magis calet, ac
siccatur: delectat tamen, ac iuuat. Melle autem exceptum ter-
get quidem magis, sed etiam fit calidius.*

○ **E**lect. rosatum minus, cor, & ventriculū roborat, & eorū flatus, & ab his inflationes dissipat: recipit enim rosarū rubrarū drac. decem: ligni aloës, santalorum citreorū, ana drac. duas: cinnamomi vnc. dimid. massiches scriptula quatuor: ambræ script. duo: moschi script. vnum: syrup. rosati q. s.

○ **E**lectarium aromaticum moschatum cerebrum, cor, ventriculū roborat: ob id cōfert epilepsia, palpitationi cordis, & syncopæ, suffocationi quoque ab vtero: oris odorē commendat. Recipit ligni aloës drachm. septem: cinnamomi crassi drac. decē: ambræ drac. tres: moschi scrip. duo: syrupi rosati q. s. 10

† **E**lect. aromaticum caryophyllatum, cor, ventriculū, & reliquū ventrem inferiorem roborat, nausē & vomitum sedat: flatus dissipat, putredinem humorum in ventriculo arcet: recipit caryophyllorū drach. septem: macis, zedoariæ, galangæ, santali citrei, trochiscorum diarhodon, cinnamomi, ligni aloës, spicæ nardi, piperis longi, cardamomi, ana drach. vnam rosarum vnc. dimid. glycyrrhizæ, galliæ moschatae, ana drach. duas: folij cubebæ ana script. duo: ambræ, drach. vnam: moschi script. dimid. Syr. de citro q. s. Datur à drach. tribus ad drach. quinque. 20

Quibusdam in usu est, proximum viribus aromatico Gabrielis predicto, sed eo calidius: utendum verò præcipue coëta & vacuata putri aut frigida ex dictis partibus materia. Quidam cum saccharo in aqua rosarum dissoluto electarium formant solidius.

† **E**lectarium aromaticum, nardinum, cor, vētriculū, hepatis, renes, & cætera viscera roborat, & vesicam: coctionē iuuat, ob id oris, & sudoris odorem commēdat, flatus dissipat: tamen veneris appetitum excitat, respirationem facit liberio- rem. Recipit autem spicæ nardi drachmas duas, rosarum ru- 30
brarum vnc. dimidiam: cubebæ, ligni aloës, macis, caryophyl-
lorum, cinnamomi, folij Indi, anisi, corticum citri, trochiscorū
diarhodon, & galliæ Sebellinæ ana scriptula quatuor: strobilorum, amygdalorum excorticatorum ana drachm. quinque:
gummi Arabici, tragacanthi ana drach. duas: moschi script. di-
midium: syrup. rosati q. s.

*Hæc in tro-
chisus decla-
ramur.*

† **E**lect. diacyminon ventriculū, & viscera reliqua calefa-
cit: coctionē iuuat: flatus in dictis visceribus natos dissipat
recipit

recipit autem cymini pridie in aceto macerati & siccati drac. decem: zingiberis, cinnamomi ana vnc. dimidiam: caryophyllorum, ligni aloës, macis ana drach. duas & dimid. galangæ, piperis longi, cardamomi ana drac. duas: moschi script. dimid. mellis despumati q. s.

Diacymino Nicolai minoris constat, & usu frequens est, præsertim cū saccharo forma solida, quia gratus quam cū melle forma molli, licet inefficacius. Vtrūq; flatu a pituita crassa aut frigiditate natos dissipat: ob id colicos leuat, & singultum præfocantem ex plenitudine, præsertim flatuum crassorum, ructum acidum emendat, obstructa liberat.

Alterum electarium diacyminum ad eadem, sed inefficacius: accipit cymini pridie aceto macerati, & siccati drach. viginti: zingiberis, thymi ana drach. tres: piperis, cinnamomi ana drach. duas: ameos drach. vnam & dimidiam foliorum rutæ siccorum, nitri rubri ana vnc. dimidiā: excipe melle despumato.

Hoc affine est diospolitico Galeni, quòd coctionem iuuat, flatu dissipat: hypochondria turgida & inflata cruditate & flatu liberat, si omnia tenuissimè trita sint & cribrata: recipit cymini Aethiopici in aceto maximè acri macerati: post modicè frixi in vase fictili probè cocto. rutæ modicè siccatæ, piperis longi, veri & integri vel albi ana: nitri dimidium, trita misce: si cis vtere, vel melli curiosè despumato misce. si verò nitri par alyis pondus accepit, & crassius teritur, aluum subducit. Diospolites quasi Iouis ciuem dicas, vocatur Paulo, lib. 7.

Diospolitico
cum lib. 4
san. tu.

Electarium Dianison, intemperiem frigidam ventriculi à pituita cruda, vel etiam flatibus sanat, & tussim diuturnam à frigida causa genitam: recipit anisi drachmas viginti: glycyrrhizæ, mastiches ana vnciam vnam: fœniculi, cari, macis, galangæ, zingiberis, cinnamomi ana drach. quinque: trium piperum, calaminthes, pyrethri, calicæ ana drach. duas: cardamomi, caryophyllorum, cubebarū, croci, spice nardi ana drac. vnam & dimidiam: sacchari vncias duas: mellis despumati q. s. Diacymino calidius: cetera idem pollet.

* **E**lectarium Diambra, cerebrum, cor, ventriculum, ac ventrem reliquum inferiorem calfacit & roborat, exhilarat, coctionem iuuat, affectibus vterinis, & omnibus aliis frigidis prodest, senibus ob id ac mulieribus salubre: recipit vero cinnamomi, doronici, caryophyllorum, macis, nu. moschatae, folij, galangae ana drach. tres: spicae nardi, cardamomi vtriusque ana drach. vnam: zingiberis drach. vnam & dimidia: santali, citrei, ligni aloes, piperis longi ana drach. duas: ambrae aureum vnum: moschi drach. dimidiam: excipitur syrupo rosato, & aqua rosarum: datur aureis tribus, aut quatuor. 19

Vel cum sacchari libra vna in aqua rosarum soluta, & pulueris vnc. vna fiat electarium solidum vel siccum, vt ferè fit. Forma etiam solida cum saccharo in aqua rosarum soluto paratur, preciosum est, ac efficacissimum: spiritus & multos, & puros efficit: calorem natiuum senibus auget: mulieres ob intemperiem frigidam humidam, steriles reddit fecundas.

○ **E**lectarium de cinnamomo coctionem iuuat, etiam pituitae putredinem prohibet, distributionem alimenti in corpus promouet: recipit cinnamomi subtilis drachmas quindécim, cinnamomi crassi, cymini, enulae campanae ana vnciam dimidiam: galangae drach. septem: caryophyllorum, piperis longi, cardamomi vtriusque, zingiberis, macis, nucis, moschatae, ligni aloes ana drach. tres: croci drach. vnam: sacchari vnc. quinque: mellis despumati q. s. vel sacchari laeuissimè triti duplo ad pulueres tenuissimos pondere excipiunt, & siccum seruant. Quidam moschi script. duo miscent puluerando, vt cerebrum & cor magis roborat. Datur à drach. vna ad drachmas duas. 20

Electarium de cinnamomo dulcem pituitam in ventriculo, & primis venis coquens, & appetentiam excitans est inusitatum. Dignum tamen in usum recipi, praesertim si puluere illo saccharato escae specierum vocatarum loco condiantur. 30

○ **E**lectarium de baccis myrti, ventriculum & hepar firmat, eorumque coctionem iuuat, ob id lienteriae & dysenteriae hepaticae confert, recipit autem baccarum myrti tenuissimè tritarum libram vnam: myrobalanorum nigrarum, bellericarum

carum, emblicarum in aqua cydoniorum, & vino odorifero
semel feruefactarum ana drach. septem: seminum anisi cy-
mini, apij aceto horis vigintiquatuor maceratorum & sicca-
torum ana drachmas quinque. Additur id totum electario de
aromatibus: excipitur miua aromatizata. Datur cum syrupo
decoctionis cydoniorum.

Electariū diacalaminthe Galeni, humores crassos & len-
tos tenuat, flatu etiam crassos dissipat: singultum inde
natum vehementem soluit coctionem & alimenti in hepar
10 & corpus reliquum distributionem peculiariter iuuat: affe-
ctus partium ventris inferioris frigidos sanat, & rigores fe-
brium, spinæ illita vrinas: & menses mouet. Recipit autem ca-
laminthes fluuiialis & montanæ, seseleos, petroselini, ligusti-
ci ana drach. sex: zingiberis drachmas tres: seminis apij, sum-
mitatum thymi ana drachmas duas: piperis nigri vnciam
vnam & dimidiam: melle despumato excipe: da ad drach-
mam vnam.

*Hoc etiam Auicennas 5. canone ex Gal. sumptum de-
scribit, idem cum Mesue, nisi quod pro thymo miscet xylo-
20 balsamū: sed vterq; a Galeni diacalaminthe recessit nō mo-
do pōdere, sed etiam quod hic pro pulegio, calaminthe flu-
uiale communi Arabum errore scribit, & Zingiber ad-
dit: cetera Galeno consentit: vsui est interdum vialis. Quod
verō Nicolaus describit, hodie magis est in vsu.*

Lib. 4. sani-
tuen.

Electarium dia trion pepereon commune stomachum &
ventrem calfacit calore suo coctionem iuuat: ob id ru-
ctus acidus curat, & compescit dolores ventriculi à pituita
multa crassa, cruda: recipit trium piperum ana aureos quin-
que: zingiberis thymi, anysi, ana aureos duos: spicæ nardi, amo-
50 mi ana aureum vnum: casia, asari, enulæ ficca, seminis apij &
seminis seseleos, ana aureum dimidium, melle despumato ex-
cipe. Datur à drach. vna ad drachmas duas.

*Hæc compositio ponderibus & multis simplicibus ad-
iectis, quam damnat Gal. à Galenica differt. In vsu est fre-
quenti quibusdam, purgato prius corpore: calida sicca est ad
gradum tertium: pituitam crudam & flatu ab ea crassos
vacuat, & gigni prohibet. Electaria de cydonijs, pomis:*

Lib. 4. sani-
tuen.

Diacalaminte.

persici, fructibus ad condita hinc transtulimus.

Anti. diacalaminthe Gal. libr. quarto sanitatis tuende, coctionem imbecillam iuuat, & alimenti in corpus distributionem, crassa tenuat, lenta incidit & terget, ciet menses & vrinas, flatu dissipat, rigores febrium arcet spinae illitum. Recipit calaminthes Cretensis aut ex regionibus editis pulegy Cretici, petroselini Macedonici, seseleos Massiliensis ana vnc. duas: sem. apij, cacuminum thymi Cretici vel ex regione alta & sicca ana vnc. quatuor, libystici vnc. sexdecim: piperis grauis vnc. quadraginta octo. Quod lignosum est ac duru, ex herbis abijce, & folia tenuissima & virentissima, & in summis herbis nata accipe. Flores ire, & cum his festucas herbaru minutissimas, omnia simul tundatur, cribretur tenui cribro, vt in totu corporis habitum maximè digeratur, & citissimè siccu reponere, & salis vice vtere in obsonijs: ptissana & alijs vice piperis, vel melle optimo curiosè despumato excipere. Mesues ac Nicolaus paucis mutatis vel adiectis Galenum sequuntur suo diacalaminto,

Diapipereon.

& Actuarius, nisi quod pondera multum immutat. Anti. diatrion pepereon, Gal. libr. quarto sanitatis tuende dandu eis, qui male coxerunt, ob recens ventris frigus, & succu pituitosum, ac cruditate in primis venis habetibus, recipit autè trion pepereon ana drac. quinquaginta, anisi Cretici, thymi Attici, Zingiberis non pertusi ana drac. octo. Hoc est simplicissimum minimumq; medicamentosum ac ex parum varijs compositum: simplicius adhuc, si tollas Zingiber: compositum magis, si anisi, thymi, Zingiberis ana drachm. sexdecim misceas. Actuarius pondera mutat semen lini addit, melle excipit: Alterum medicamentosius ad fluxiones a capite in pectus: recipit ammi, seseli, libysticum, enulam, spicam nardi, casiam. Qualis propemodum est Mesuae descriptio, nisi amomum, cinnamomum, asarum, apij se

semen reciperet, & ponderibus variaret: melle despumato idem excipit. Galenus mellis non meminit. Eo adhuc paulo medicamentosius est apud Nicolaum, ob additum melanopiper, leucopiper, macropiper, maratrū, byssopum, crocum, trochiscos hedicroos, bethonicam, rutam, vt interim ponderum varietatem omittam.

Electarium de feminibus coctionem iuuat obstructio-
nes aperit: ob hæc lienteriam sanat, & dolores visce-
rum à flatibus excitatos placat, recipit seminum, cymini, ani-
si, fœniculi, cari, dauci, ameos, apij, amomi, aceto horis vi-
ginti quatuor maceratorum & ficcatorum, ana drachmas
sex. cinnamomi, zingiberis, macropiperis, seseleos, galangæ,
ana drachmas. quinque: cardamomi. spicæ nardi, caryophyll.
ana drach. quatuor: libyfici drach. tres: melle despumato ex-
cipiuntur, vel duplo sacchari adiecto puluis fit leuissimus.

*Omnia loco specierum vulgò dictarum vsurpatur, simile
Viribus diacymino, sed calidius, obstructaq; valentius ape-
rit: est enim efficacissimum, & quibusdam in vsu. Quod à
Serapione in Antidotario describitur, parū ab hoc differt:
plurimū autem quod Auicennas describit quinto canonē,
vti & quod Gal. & ceteri Græci vocant διὰ σπινθηρῶν.
Electarium de prunis vt cetera de fructibus, in condi-
ta reiecinus.*

Electarium Regium, cerebrum, cor, thoracem, ventricu-
lum roborat: strobilorum excorticatorū vnc. octo: amygdalarum
similiter purgatarū vnc. sex: sacchari libras quatuor:
aquæ rosatæ libram vnā & dimidiam: olei amygdalarū dul-
cium recentis, & rosati, ana vnc. tres: cinnamomi drac. octo &
semissem, caryophyllorū, & santali citrei ana drach. tres: ligni
aloës drach. quatuor: ambrae drach. vnā moschi scrip. dimidiū.

Ab hoc tolle oleum, ne sit vomitorium si vti libet.

Electarium Regium alterū, idem pollet: nam ipsum com-
plent strobilorum excorticatorum vnc. sex: amygdala-
rum dulciū etiam delibratarum vnc. quatuor: aquæ rosarum
lib. vna & dimidia: rosarum rubrarum vncia vna & dimidia
santalorum citreorum drachmæ tres, & dimidia: sacchari lib.

quatuor, ambrae drach. vna: moschi script. semiss.

*Usui esse potest sublatiis Santalis ferè ingratiss, aromati-
bus etiam diminutis, & in eorum locum semine cucurbi-
tae & melonum addito, vel alio, pro varijs scopis.*

O Lectarium de oxalide Galeno adscriptum ad intempe-
raturam calidam totius, vt in febre aestuosa, vel solius
ventriculi aut hepatis syncopem, cordis palpitationem, ebrie-
tatem recipit xylaloës, cubebae ana vnciam dimidiam: rosa-
rum rubrarum, coralli rubri, margaritarum albarum, fantali
citrei, auellanae Indicae, ana drachmas duas: baccarum oxya- 10
canthae, seminis citreoli, seminis cucurbitae, sem. cucumeris,
ana vnc. semiss. sem. oxalidis, sem. portulacae, & huglosi, ana
drachmas tres & semiss. spodij, electri, gummi Arabici,
tragacanthi ana drachmas tres: boli Armeni drachmam vnam
& semiss. caphurae drachmam vnam: excipe succo citri aut
omphacij coctione inspissato: datur à drachmis duabus ad vn-
ciam dimidiam cum aqua frigida.

*Galeno id malè tribui indicant santala & caphura, &
auellana Indica, cubeba, spodium Arabum, id est, ebur
vstum (nam Graecorum spodium, id est, cinerula, metalli- 20
cum est excrementum pompholygi congener in corpus non
recipiendum) margaritae nusquam quod sciam, Galeno ap-
pellatae vel vsurpatae.*

ELECTARIA AMARA.

† Theriaca antidotus diateffaron, id est, ex quatuor, ad af-
fectus frigidos, tum cerebri, vt epilepsiam, paralyfin spaf-
mum cynicum, id est, oris torturam: tum ventriculi vt inflatio-
nem, & ab eo dolorem, tardam coctionem: tum deniq; hepa-
tis, vt hydropem, cachexiam, obstructionem, praeterea morsui
scorpionis, & potioni veneni confert. Recipit autem gentia- 30
nae, baccarum lauri, myrrhae, aristolochiae rotundae, singulo-
rum portionem aequalè: trita curiosè omnia melle† despuma-
to excipiuntur. Datur ab aureo dimidio ad aureum vnum.

*† Mel sit
quadruplū
ad species
hic, & in si-
milibus.*

*Theriaca dicitur, quia valet ad morsus ferarum: ad-
dito ebore diapente faciunt Absyrtus & Vegetius mulo-
medici, iumentis seruandis saluberrimum, à circumforaneis
pro magna theriaca passim venditur.*

T^{pphēga} antidotus Sarracenicā magna, coctionem ventriculi & hepatis suo calore iuuat, ob id flatu dissipat, humores in ventriculo, & aliis visceribus putres absumit: oris & corporis reliqui odorem & colorem commendat, lassitudinem tollit, sanitatem præsentem tuetur, & morborum generationem prohibet, venerem auget, hæmorrhoidas sanat. Recipit autem myrobalanorum, cepularum Indarum, emb. bellericarum, citrearum ana drach. quinque, cinnamomi, triumpiperum, eryngij, folij, spicæ nardi, cardamomi vtriusque, cassiæ, lepidij, cyperi: apij, linguæ auis, caryophyllorum, behen vtriusque, zingiberis, ana drach. duas: nucis moschatae, macis, sesami excorticati ana drach. tres: amygdalarum ambarū ana drach. quinq;: ligni aloës, mastiches, rhabarbari, seminis feniculi, ana drach. duas: ozimi, menthæ siccae, origani Persici ana drachmam vnam & semissem. Myrobalani fricentur cū butyro recenti: cæteræ species cum oleo amygdalino, melle excipiuntur omnia, datur à sesquidrachma ad drachmas tres: addunt aliqui turbith drach. quinque, moschi drach. vnus partē quartam, seu grana quindecim.

20 *Tryphera Sarracenicā Nicolai Gallis est vsitatior. Tryphera autem, id est, delicata, dicta videntur per antiphrasim: sunt enim ob amaritudinem ingrata. Arabum inuentum esse ostendunt myrobalani, & alia quadam: alij hominem iuuenem reddentes interpretantur. Annos duos seruant: possunt cum sacchari lib. vna in vnciam solidum fieri electarium.*

Tryphera antid. moschata eadem promittit, quæ prior, sed imbecillius: recipit verò myrobalanorum, cepularum nigrarum, emb. bell. piperis nigri & longi, zingiberis, cassiæ, spicæ nardi, ana drachm. quinque: seminis anethi, seminis porri, ana drach. duas: seminis dauci, rosarum rubrarum, cinnamomi, nucis moschatae, caryophyllorum, ana drach. vnam & dimidiam: macis, cardamomi maioris, galangæ, ligni aloës, moschi, ana, drach. vnam: seminis nasturtij drachmas decem: excipitur melle despumato: datur à drach. duabus ad drach. quatuor: adduntur interdum scorix ferri nutritæ drach. duæ.

Tryphera antid. Galeni eadem omnino promittit: recipit omnium myrobalanorū ana drachmas decem, zingibe

† Alij, san-
sais.

giberis & mastichis, cinnamomi, caryophyllorum ana drachm
septem: galangæ, spicæ nardi, asari, croci, sem. fœniculi, ani, si,
apij, ameos ana vnciam dimidiam: costi, piperis nigri & longi,
cassia ana drach. tres: nucis moschatae, cardamomi vtriusque,
macis, calami aromatici, ligni aloës ana drach. duas: † behen
albi & rubri, rad. piperis, cyperi ana drachmas tres & semis-
sem: ambrae drachmam vnam: moschi script. vnum. fricentur
myrobalani cum oleo amygdala. dulcium: melle despumato
omnia excipiuntur. Scoria ferri in aceto nutrita aliquando ad-
ditur à Galeno ad mensuram omnium, vel dimidij. Datur à 10
drach. vna ad duas.

*Non esse Galeni, indicant simplicia Galeno indicta &
incognita, myrobalani, ambra, moschus, galanga, caryo-
phylla, nux moschata, macis.*

○ **T**Ryphera antid. minor Phenonis, ventriculum, hepar, re-
nes, vesicam roborat: ob id fluorem alui, hæmorrhoidū,
mensium, immodicū cohibet. Sanguinis corruptionem & cru-
ditates, & in ventriculo putredines humorum emendat, colo-
rem bonum reddit, ac formæ corrumpi cœptæ vitium redi-
mit: accipit autē myrobalanorum cep. Ind. beller. embl. nucis
moschatae, ana drach. quinque, nasturtij, asari, origani, persici,
piperis, thuris, ameos, zingiberis, fructus tamaricis, spicæ nar-
di, schœnu anthūs, cyperi, ana vnc. dimidiam: scoriæ ferri die-
bus quinque in aceto nutritæ drach. viginti: myrobalani, assen-
tur in butyro vaccino, & cætera inuoluantur oleo amygdala-
rum dulcium: aromatizentur moschi drach. vna, melle despu-
mato excipiantur. Post sex menses datur à drach. vna, ad dra-
chmas tres.

*Ex his omnibus sola ferri scoria & fructus tamaricis
apertè adstringunt, spica nardi, & alia quædam imbecilli-
ter. Eademq; multo plus calore suo, & essentia tenuitate
menses ac hæmorrhoidas promouerint, quàm adstrictione
leui steterint: ob id in hos affectus duos ea omnia tollerem,
vel horum partem bonam, neque solum pondus minuerem.
Ad affectus alios frigiditati succedentes, & menses, ut
vocant, albos esse possit salubris, non autem ad eos qui calo-
rem*

rem sequuntur: nam putredo humorum & formæ corruptio, qualis in elephanticis, calorem ferè sequitur, rarius caloris imbecillitatem: licet hac m:stione integrè valere ad mensium corruptionem & fluorem eorum, ac hæmorrhoidum immodicum vsu suorum affirmet autor Luminaris maioris. Scoria autem in aceto nutritur, dum eo diu maceratur, aliquoties mouendo, vt docemus in nutritione lib. 2. pharmacopœia.

20 **T**ryphera alia minor ventriculum & hepar firmat, lien-
 teriæ confert & hæmorrhoidibus malignis, & formæ corruptæ. Fit ex myrobal. cepularum Indarum, heller, embl. sigillarum portione pari: hæ butyro vaccino inuolutæ fricetur, melle emblicarum excipiantur: aromatizentur moscho. Addunt alij ciperi, thuris, asari, seminis apij & nasturtij, ana scriptum vnum: scoriæ ferri nutritæ partes.

Tryphera Persica, quod apud Persas experta sit cõtra febres acutas, intemperiem calidam ventriculi, hepatis. Morbis omnibus ex humorum vstione natis confert, in Aestate pestilenti, & Autumno: sitim sedat: iæctum calidum ex ob-
 20 stru ctione sanat, hypochysim à vaporibus biliosis visui incommodantem discutit. Recipit autem succorum solani, intybi, apij, lupuli, purgatorum, ana libras duas. Quibus immitte violarum recentium, aut siccarum libram vnam: folliculorũ fen-
 næ, vncias duas, agarici, vnciam vnã, pruna Damascena, quinquaginta: cassiæ, semunciam: myrobalanorum, cepularum, citrearum, Indarum, frixarum in oleo violato, aut amygdalarum dulcium, ana drach. duas: spicæ nardi, drachm. tres: coque igni prunarum lento, donec libra vnica super sit: cui iniice epithymi drachmas quadraginta. Myrobalani autem oleo amy-
 30 gdalarum dulcium mersæ, semel feruescant: tollantur ab igne, colentur. In parte colati dissolue tamar Indorum recentium vncias tres: mannæ fescunciam: pulpæ, cassiæ vncias quatuor: sacchari violati vncias duodecim: cola, vt munda sint à seminibus, & aliis: in parte reliqua, & aceti libra vna, coque igni lento sacchari albissimi libras tres. Adde quod prius in succis est dissolutum: misce, percoq; ad mellis crassitudinem. Postremò adde paulatim rhabarbari boni vncias duas: myrobalanorum citrearum fescunciam: cepularum & Indarum ana vnciã vnã:
 belle

bellericarum, emblicarum ana drach. quatuor: seminis fumarix, trochiscorum, diarhodan, macis, mastiches, cubeborum, spodij, fantali, citrei, seminum quatuor, ana drach. duas, & dimidiam: anisi drach. quatuor, spicæ nardi drachm. duas: inuoluantur oleo violato, & reponantur vase vitreo. Datur ad vnc. cum aqua frigida, & succo intybi, vel solani.

Hac antidotus tryphera, id est, delicata, vsu rara est, opinor quòd simplicibus multò paucioribus nobis licet affectu idem assequi: præterquam quòd componendi modus & longus est, & negotij plenus. Præterea myrobalanis recetibus 10 caremus, à quibus vis plurima medicamenti expectatur: quanquam & simplicia alia quamplurima recipiat, quæ bilem vtranque, & præcipuè atram, aut expulsionem apparent, aut etiam trahant, & vacuant, vt interim taceam mista refrigerantia non pauca, & quadam partibus principibus robur asferentia.

Diacurcuma magna, ventriculi, hepatis, lienis, morbos frigidos, ob id diuturnos, sanat: & quæ his succedunt symptomata, obstructiones, hydropem, cachexiam, colorè corporis fœdum, humorū in ventriculo corruptelā, à flatibus crassis inflationem: dolorem quoq; renum & vesicæ à causâ frigida, vel obstructione mitigat, vrinamq; prouocat. Recipit autè croci, asari, seminum petroselini, dauci, anisi, apij, ana vnc. dimidiam rhabarbari, mei, spicæ nardi, ana drac. sex: costi, myrrhæ, casix, schœnu anthūs, carpobalsami, rubiæ, succi absinthij, succi eupatorij, olei balsami, ana drach. duas: calami aromatici, cinnamomi, ana drac. vnam & semis. scordij, scolopendrij, succi glycyrrhizæ, ana drachmas duas & dimid. tragacanthi drach. vnam: melle despumato excipitur. Datur à drach. vna ad drach. tres.

Δι' ἐρυθροδάρου Græcis potest vocari: nam curcuma est 30 Arabicus, ἐρυθρόδανος, id est, rubea: alijs placet curcuma esse chelidonium, à cuius colore flauo huic antidoto sit nomē, vel corruptè pro δία κόρου, quem capit largiorem.

Diacurcuma minor idē pollet, sed imbecillius: recipit spicæ nardi, myrrhæ, casix, croci, schœnu anthūs, costi, cinnamomi, ana: melle despumato excipiuntur.

Hac

*Hæc ab usu recessit, & quæ maior, & minor, tã Auic.
cen. quinto canone, quàm Serapioni in antidotario scribitur.*

Diamorufia præstat quæ diacurcuma: nam affectus ven-
triculi, hepatis, lienis frigidos proindeq; chronicos sanat,
hydropem, frigidam ventriculi intemperiem, ac inde natam
crudorum succorum copiam & dolorem: recipit autem croci,
acori, ana drach. duas: myrrhæ, drachm. tres: baccarum lauri,
drach. duas & dimid. dauci, cinnamomi, casia, cymini carma-
ni, carpobalsami, schœnu anthûs, sem. apij, anisi, cardamomi,
10 spicæ nardi, menthæ sicca, marrubij, ameos, ana drach. vnam:
costi, trium piperum, ana drach. vnam: melle despumato exci-
pitur. Datur à drach. vna ad drach. duas.

*Electarium hamorufia dicitur Auic. 5. can. & Serap.
in Antidotario.*

Dalacca magna ventriculum & hepar roborat, hepatis
obstructiones aperit, eius schirrum dissoluit, & ex his
nascentem cachexiam & hydropem sanat, vinas mouet, lapi-
demq; renum & vesicæ frangit: recipit lacca lotæ, rhabarbari,
ana drach. duas: spicæ nardi, mastiches, schœnu anthûs, costi,
20 myrrhæ, croci, cinnamomi, bdellij, seminum apij, anisi, ameos,
foeniculi, succi absinthij, succi eupatorij, sabinæ, asari, aristolo-
chiæ, gentianæ, hyssopi sicca, amygdalarum amararû, rubiæ,
ana drach. vnâ: & dimidiâ, piperis nigri, zingiberis, ana drach.
vnam: myrrham & bdellium vino infunde, cætera tere, omnia
melle despumato excipe. Dabis ab aureo vno ad aureos duos.

*Διακκρυναδὸν Græcis diceretur: id gûmi sæpe adultera-
tur, ecq; infectores passim vtuntur sericum colore Kermesi-
no tincturi. Hæc tutior est, quàm diacurcuma. Lauanda au-
tem hîc lacca decocto schœnu anthûs, & aristolochiæ, vt
30 essentia tenuitate assumpta valentiùs aperiat, calida pr. gr.
sicca secundo. Cymas, seu summitates schœnu sustuli, quod
hæc cum floribus sumantur, quibus sunt inferiores.*

Dalacca minor, eadem potest, sed inefficaciùs: fit ex lacca
lotæ, croci, costi, schœnu anthûs, rubiæ, aristolochiæ lon-
gæ, glycyrrhizæ, piperis ana drach. vna & dimidia: rhabarba.
drachm. tribus: myrrhæ, bdellij, ana drachm. vna, mistis vt in
priori.

Actua

Actuario describitur διὰ δαχάρον duplex, ex his duabus fere sumpta: ut hæc, & aliorum alia, ab usu recesserunt.

- **E**lect. ex rhabarbaro, obstructions potenter aperit, & inde natos affectus, icterum, febres putridas etiam inueteratas, formæ corruptionem sanat. Recipit rhabarbari, succi eupatorij, succi absinthij, ana drach. quinque: myrrhæ, croci, drach. vnam: spicæ nardi, asari, casia, schœnu anthûs, fumaris, sem. anisi, apij, amygdal. amararum excorticatarum, ana drach. dimidiam: melle despumato excipe.
- **E**lect. diacoston, obstructa viscera liberat, & inde natum ¹⁰ edolorem mitigat: hydropem gigni cœptum, perfici prohibet. Recipit costi amari, casia, cinnamomi, ana drachmas quinque: asari, drachmas quatuor: rhabarbari, schœnu anthûs, feminum apij, anisi, ana drachm. tres: croci, aristolochia, myrrhæ, ana drach. duas: mellis despumati q. s.
- **E**lect. à nobis inuentum, ventriculum & cæt. viscera roborat, & calfacit: ob id linteriam, diarrhœan, dysenteriam hepaticam, & alios dictarum partium affectus frigidos sanat, & immodicam medicamenti purgantis vacationem sistit, & hæmorrhoidas: flatus quoq; discutit: recipit ligni aloës, galliæ ²⁰ moschata, spicæ nardi, cyperi, calami aromatici, ana drachm. duas: cymini Carmenii, aceto viginti quatuor horis infusi & affati, drach. tres: seminis porri torrefacti drach. vnam & dimid. emblicarum & bell. succo intybi infusarum & tostorum, nucis moschata ana drach. duas & semis. nasturtij tostorum drach. sex: sem. vuarum drach. quinque: sem. myrti tenuissimè tritorum drachm. viginti sex: balaustij, concharum vstarum, thuris, fructus tamaricis, ana drach. duas & semis. ameos drac. tres Tere omni i, & frica in vino odorato, & sicca, frica iterum aqua cydoniorum, aut baccarum myrti, & sicca: iterum tere ³⁰ subtilissimè: excipe miua aromatica: datur drach. tres cum syrupo cydoniorum, aut myrtino.
- **E**lecta, alterum confirmans, ventriculum, & viscera alia roborat, fluorem alui à causâ calida, vel medicamento nimis purgante sistit, appetentiam excitat: recipit nucleorum myrti læuissimè tritorum vnciam vnam & dimidiam: rosarū, spodij, rhu, trium piperum, santali, balaustij, gummi alsii, ana drach. vnam & dimid. granorum granatorum affatorū drach. septem: coriandri infusi in aceto & affati vnc. semis. seminis
 rosæ

rosarum, se. oxalidis, sem. plantaginis, ana drac. duas: trita probe omnia frigantur ex omphacio, vel succo myrti, & aceto, siccenturq̄: excipiantur deinde miua acetosa. Datur drachmæ duæ vel tres cum syrupo cydoniorum acidorum.

Elect. alkanzi, ventriculorum & hepar calfacit, & roborat: **O**
 ob id appetentiam excitat, coctionem iuuat, flatu dissipat, vomitum pituitosum, & ab eo virium dissolutionem emendat: recipit autem rosarum, costi, spicæ, ana vnc. dimid. florum granati syluestris vnc. vnam: nucis moschatae, calami aromatici, caryophyllorum, macis, cardamomi, ana drach. tres & sem. zingib. drach. duas: myrobal. Indarū, embl. bell. ana drac. sex: granorum myrti lib. vnam: balauftij, thuris, corticum citri, fructus tamaricis ana vnc. semis. Feruefiant semel omnia in vino generoso antiquo, post siccentur: feruefiant deinde semel in succo cydoniorum, exsiccenturque in vase terreo vitrato: terantur tenuissi. miua excipiantur. Dantur drach. tres cum syrupo cydoniorum.

Elect. ex lasere ad febres antiquas, & circuitu repetentes, **O**
 vt quartanas quotidianas, somnum grauem, tremorem, **20**
 venenosos morsus: recipit liquoris Cyrenæici, piperis, myrrhæ, foliorum rutæ siccorum, ana vnc. dimidiam: melle despumato excipe. Datur à drachma vna ad aureum vnum in febre cum oxymelite per horam ante accessionem: contra venentū, cum vino calido.

*Vtile est hoc electarium in declinatione vniuersali quartana, horis duabus ante accessionem, ad drachmam vnam & dimidiam cum vino tenui calido, Malo opum Cyrenæicum vulgò, assam aromaticam (quam dictum beniuin quidam putant) miscere, si proba habetur, quam **30** Medicam, vel Parthicam virus olentem, ob id assam fætidam vulgò dictam. Proba autem fuerit subrubra, splendida, myrrham referens odore, non porrum, & solutu facilis in album colorem.*

Elect. anacardinum ad ventris totius inferioris & cerebri **†**
 affectus frigidos, sanguinem reddit puriorem, & inde spi **Cōfectio a-**
 ritu animali reddito purgatiore & tenuiore, sensus omnes, ap **nacardina.**
 prehensionem, intellectum, & memoriam iuuat, coloremque

viuidum corpori tribuit. Recipit autem piperis nigri & longi, myrobalanorum, cepularum, embl. bell. Indarū, castorij, ana drachmas duas: costi, anacardi, melanthij, sacchari boni, ana drach. sex: cyperi drach. quatuor: tere anacardos per se: deinde alia excipe butyro vaccino & melle simul coctis portione æquali. Datur post sex menses ad drachm. duas cum aqua fœniculi & apij: quo sumpto, vitabis laborem, iram, coitum, ebrietatem.

Et cætera immodicè calfacientia & vacuantia, quia calidissimi est solisq; multum frigidis securum. Nam spiritibus accensis, febres excitat diarias, à quibus sæpe transitur in putrida. vel hecticas: ferè autem vsurpatur ad febrem excitandam in morbis frigidioribus. Datur autem post sex menses, cum scilicet vis anacardorum feruendo expirauit, antè nanque vti est periculosum. Ant. dianacardon scilicet ad vertiginosos, comitiales, difficulter spirantes, & ileos, menses pellit, incipientem hydropem, & cachexiam sanat: recipit anacardiorum, epithymi, acori, piperis, saxifraga, mastiches, iridis, myrobalani, singulorum quadrantem: croci, casia, folij, spica nardi, mei, agarici, iunci odori, rhei, singulorum sescunciam: aloës sextantem, caryophyllorum vnciam vnam: mellis quantum erit satis. Mel verò anacardinum, id est, cui incocti sunt anacardi recentes & relictæ, vsu frequens est, in compositionibus præsertim, vs post leges.

Haftenus electaria, nunc antidoti opiatae scribendæ.

† **A**ntidotus Philonis efficacissima, & expertissima ad sedandos vehementes & lethales partium dolores, ventriculi, colli, hypochondriorum, hepatis, lienis, renum, vteri, excitatos à crudis humoribus, aut flatu crasso, aut amborum causa intemperie frigida: valet etiam ad suffocationis periculum, singultum vehementem, vrinæ difficultatem: ob hæc à morte impendente vindicat. Recipit autem piperis albi, hyoscyami albi, ana drachmas viginti: opij drachmas decem: croci drachmas quinque: spicæ, pyrethri, castorij, ana drachmam vnam: mellis

mellis despumati quadruplo omnium excipe: addunt aliqui moschi scriptulum vnum. Datur quantitas ciceris, aut fabæ paruæ, cum liquore aliquo conuenienti.

Sic Philo medicus Tharsensis præstantissimus scripsit elegiaco carmine eleganti, sed ænigmatibus de industria obscurato, apud Galenum libro nono comp. phar. secundum partes: nisi quod euphorbium habet, Mesues vero castoriū: in cæteris & ponderibus idem sunt. Hoc ferè primum anodynorum antidotorum celebre extitit. Huic autem quidam ademerunt, alij addiderunt, nonnulli etiam ponderibus euariantes, magnum fecerunt numerum antidotorum anodynorum principalium, quæ etiam antidoti colicæ vocantur, ab affectu maximos dolores experiente. Ex aromaticis tamen dictis medicamentis Philo solam nardum imposuit. Qui verò illius atate extiterunt, alius aliud, nonnulli plura adiecerunt, vt schœnus anthos, castiam, cinnamomum, amomum, costum: alij loco croci crudos humores & dispositiones crudas coquentes, alia etiam coquentia, myrrham, castorium, iniecerunt: alij etiam semina hæc, sceseleos, apij, anisi, cumini, dauci, petroselini, amens, vt medicamenti amari suauitatem obtunderent, vtq; medicamentum facilius distribueretur, & vrinas moueret, & humores crassos, si essent, tenuaret. Hoc Philonis medicamentum, & si- Gale. ibidē.
milia, post annum à compositione sumenda sunt, ad annum vsque decimum: ad quod vsque tempus stupefaciendo sensum partis, dolorem tollunt efficaciter, post languidis sunt viribus. Gal. lib. 12. meth. Dosis est adultis, auellanae ma- Paulus.
gnitudo: minoribus, fabæ: pueris, ciceris: cum portione conuenienti. Quidam addunt moschi scrup. vnum. Aëtius, Paulus, Oribasius, Aëtuarus, Mesues, sic vt Philo componunt: nisi quod Paulus, & Aëtuarus, & Mesues piperis albi injiciunt drac. viginti: Oribasius viginti quinque: hyoscyami

autem drachm. viginti Mesues & Oribasius, sed Paulus drach. octo: & Mesues castorium pro euphorbio miscet: excipitq; mellis despumati libr. duabus. Philonis medicamentum aliud facit Mesues in opere medico, cap. de sputo sanguinis longè ab hoc diuersum, quod Persicum appellat. Hæc antidotus frigiditate immodica nervorum spiracula (per quæ spiritus animalis sentiendi & mouendi vim transfereus distribuitur) contrahit, & densat: ob idq; illi spiritui viam præcludit, quomodo compressio violenta & diuturna nervorum à vinculo, sessione, innixu, tumore aliquo præter naturam. Vbi verò partes sentire desinunt, dolere non possunt, cum citra sensum tactus dolor non fiat, vt docet Hippocrates in lib. de Nat. humana: & Gale. lib. de elementis. Hac ratione dolores omnes sedare opium, & ex eo composita, dicitur, abusiue scilicet loquentibus, cum propriè anodynum sit nequaquam. Hi verò dolores: præsertim colici, sæpe tam sunt vehementes, vt quosdam syncope sustulerint: alios ad consciscendam sibi mortem impulerint: ob id Philonis antidotus à morte liberare dicitur. Opiata, & ob opium stupefacientia medicamenta ante sextum mensem non vtenda, post sex annos imbecilla sunt. De vsu recto huius & similium Galenus abundè lib. 12. methodi, & aph. 31. lib. 6. Dolores oculorum, & c. & nos lib. 3. nostræ methodi. Quamuis dolores hos à causa frigida procedentes inuet Philonis antidotus, tamen quia dispositionem horum causam auget, parum tuta est in his affectibus: nec adhibenda: nisi summa necessitate; in calidis verò dispositionibus dolores tutius sedat, & horum sæpe causas vnà abigit. Cum multis ex causis ex spirandi difficultate adueniat suffocationis periculum, id cui esse remedio hæc antidotus scribitur, videtur esse, quod à cordis, aut pulmonis incendio prodit: vt ager scilicet efflare magis, quam expi-
rare

rare cogatur, & cito multum inspirare. Nec singultum ab
 intemperie frigida sedare videtur, sed eum quem mor-
 dax, & calidus humor, vel piper, vel aliud excitauit, præ-
 sertim quibus os ventriculi est magis sensile, qualem sin-
 gultum Galenus saepe se expertum ait. *Vrinae difficultatem* Libr. 3. loc.
aff. cap. 7.
 intellige, quæ ob lotij mordacem multum acrimoniam fit,
 siue ea sit a pure seu bile seu arenulis, seu pituita salsa, seu
 calculo vesicæ, seu qualitate alia lotij mordente. Dum enim
 sensum vesicæ stupefacit, non doletur, sed periculosus est
 10 *usus*, quia vt virium aliquid retineat, quando ad vesicam
 ventum erit, sumi vehemens, aut largum, & partibus
 quas permeat noxium, oportuit: nisi per meatum vrina-
 rium iniicias. Sed neque in his dispositionem sanat: sed da-
 tur vt quiescente interim dolore vires omnes multum pro-
 sternente per apprehensionem, spiritus animales conquie-
 scant & somno etiam conciliato instaurantur. Quibus iam
 confirmatis, nec alijs dissipatis, ager possit dispositionis re-
 media sustinere. Eadem ratione in ardentibus, & morden-
 tibus vrinis semen papaueris, hyoscyami, & similia hodie
 20 *miscent apozematis, conditis, & alijs horum remedijs.*
Alterum est Philonicum antidotum Mesuæ in sputo san-
guinis, quod Persicum vocat. forte quod in Perside sit inuē-
tum: quomodo Nicolaus suum Philonium vocauit Roma-
num, quod Romæ in usu celeberrimo fuerit. Præter dicta
Philony huius medicamēti opera, hæmorrhagiam omnem
potenter sistit, siue sputo fiat, siue vomitu. siue ex utero, vel
hæmorrhoidibus. Somnum item conciliat, & per se refri-
gerando, & per accidens sopito dolore somnum interrump-
 30 *tum ante menses à compositione sex, & horis quinque an-*
te cibum est sumendum, vacuo scilicet omnino ventriculo,
& factis prius totius vacationibus idoneis. Castorium

omittit Galenus. Vide lib. 9. compo. ph. local. Pueris datur ciceris quantitas: debilibus, fabæ parua: grandioribus & robustis, auellana.

Alia Philonia antidotus descripta ab Hamech filio Zachariae, earundem virium: recipit melanthij, castorij, piperis, ameos, baccarum lauri, cymini, foliorum rutæ, calaminthes, opij, hyoscyami, cortic. rad. mandragoræ, partes æquales, melle excipe. Alij scribunt opij partes duas: croci partē vnam. Datur à drach. duabus ad aureos duos.

Videtur in hac descriptione crocus desiderari, quam coniecturam & suspitionem ingerit alia lectio: & certè si crocum, & alia habet equalia, est præstantior. Priorem verò latius sum persecutus, quòd hæc antidoti opiata medicum desiderant prudentem, non autem temerarium in dando, vbi opus est: neque formidolosum, si eius vtenda necessitas contigerit.

ZAzenea frigidam intemperiem fanat, flatus dissipat, & sedat inde natos dolores ventriculi, coli, vteri, dentium: vrinae item difficultati medetur, & fœcundas facit mulieres, potum, & pefso cum lana & oleo liliorum collo vteri impostum. Recipit castorij, opij, piperis macropiperis, galbani, costi, cinnamomi, phu, mei, dauci, afari, croci, æquales partes: excipitur melle despumato: alijs sapa. Datur aureus vnus.

Purgato corpore, & cocta quadantenus materia, denti dolenti imponi potest ter quater die, sed non diu, vt per horam tantum, citràque deglutitionem, ne opium simul deuoretur. In sterilibus etiam ob vteri intemperiem frigidam, quæ semen extinguit, aphoris. 62. libr. 5. Pefso inditur semel in die per horas tres, aut quatuor, & alijs diebus aliquot sequentibus idem. Nam nouasse periculum est propter opium, cuius vim calida in partes deducit: frangere omnino non possunt nisi tempore longo. Ob id tutius, id est ab anno post compositionem secundo ad septimum: sed in dolore den

dentium à sexto mense vsurpari potest ad sensum obtundendum. Manardus hoc sepe vsu se contra hanc sterilitatem scribit non infeliciter. Alij Atharany antidotum: alij egeteam: alij sageneam vocant.

Athanasia magna, obstructionem hepatis & lienis liberat, dolorem sedat, tum dictarum partium tum ventriculi, renum, hæmorrhoidum, quomodo Philonium antidotum. Thoracem pulmonesque expurgat, ob id asthma & antiquam tussim iuuat, hæmorrhagiam, diarrhœam, lienteriam antiquam dysenteriam cohibet. Hepar autem lupi, quod tota sua substantia morbos hepatis iuuat, huic mistum Galenus voluit. Nam recipit hepatis lupi, eupatorii, croci, myrrhæ, castorij, costi, cardamomi, spicæ nardi, opij, papaueris nigri, hyoscyami albi, cornu dextri capræ, vel (vt alij legunt) cerui, portiones æquales terenda terantur, & alia in vino liquefiant: excipe omnia melle despumato, & post sex menses vtere ab aureo dimidio ad aureum vnum, cum vino dulci & grato, aut cum sapa & succo intybi, & apij.

Effecta antidoto Athanasie contraria tribuit Mesues, uti theriacæ, & alijs opiatis medicamentis. Nam quæ obstructionem liberant, hæmorrhagiam et vacuationes alias sistentibus sunt contraria. Item sensu stupefacto dolorem sedare, & crassa lentaque ex thorace expectorare, causis pugnant. Illud enim frigidum cogentis opus est, hoc calidi dilatantis: accedente vi tenuante incidente, tergente. Sed id facile recipies, vbi medicamentum hoc, vt alia eius generis multa, animalium more temperiem per ætates mutare didiceris: sed contrario illis modo. Nam animalia primo, calida sunt: postremo, frigida. Hæc verò medicamenta primo frigida, deinde calida euadunt. Effecta igitur frigoris efficit à sexto mense ad annos tres, cum aqua plantaginis, intybi, rosarum, ab anno tertio, ad decimum: victa iam frigidorum vi à calidis: sumpta cum vino dulci, sapa, succo apij. Athanasie antidoti, & ambrosie, passim meminist

Galenus in libro sanitatis tuendæ, & methodo: in quibus theriaca eas comparat: sed non describit, nisi quòd Mitridatis athanasiam, antidotum ab hac multum diuersam, sine hoc hepate describit lib. 2. Antidotorum: ob id, an hepar lupi athanasia misceri voluerit, compertum non habeo. Quid autem de hepate lupi censuerit Galenus in hepatis affectibus, in nostris simplicibus abundè expressimus.

Cornu cerui & capræ vsta, & si opus est, lota idem pol-
lere docet Galenus lib. vndecimo simpli. & lib. quarto c.
ph. p. Athanasia autem. i. immortalis, dicitur, vel quod lon- 10
go tempore efficax perduret vel potius quòd homines à mor-
te, ex venenosorum ictu, morsu, vel causa alia malefica
vindicet, quæ vis est præcipua Athanasie Mitridatis, à
qua vel simili ista videri potest denominata, quæ magna
quoque dicitur, quòd pluribus constet simplicibus, quàm par-
ua Serapioni & Haly etiam descripta, & Auicenna, ex
quo hæc descripta est. Quæ autem à Nicolao describitur, est
adstringentior, & consuetior. In Athanasia Pauli ex Ori-
basio sumpta, cornu nulla est mentio. Superstitiosum autem
est dextrum potius quàm sinistrum imponere. 20

Dia sulphur confert febribus diuturnis vt melancholicis
phlegmaticis: thoracem ac pulmones purgat pituità cras-
sa lentà pure: ob id tussim antiquam & difficultatem spirandi
inde natam leuat. Splenis duritiem minuit, & inde natum hy-
dropem: vrinas mouet, calculum frangit: morsibus venena-
tis, & potò iam veneno prodest. Recipit autem piperis albi &
longi, ana drach. sex: sulphuris flauì, thuris, mei, hyoscyami
albi, myrrhæ, styracis, cardamomi, ana drach. octo: ruta, co-
sti, casia, ana drach. quinque: opij, mandragoræ, ana drachmas
tres: croci, drach. duas & dimidiam: melle despumato excipe: 30
post sex menses vtere.

Fuerit hæc antidotus efficacissima ad ea, quæ pollice-
tur. Sulphur vinum autem vbiq; Galenus prædicat: hic
citreum, seu flauum, quod ignem expertum videtur: quem-
ad

admodum & viride, pallidum, & cineritium in cannas coniectum, & ab his formatum. Optimum existimarim, quod chymista sublimando (vt loquuntur) purgant & tenuant, odorisq; & saporis insuauitate exuunt. Opera prope omnia hic adscripta sulphur solum prestat, vt vires eius legenti in nostris simplicibus patebit. Tamen qua illi adduntur, actiones eius reddunt meliores, quorum plurima venenis resistunt. Sunt & in eo stupefacientia quedam mista potius, vt aliorum valenter calentium vehementiam
 10 frangant quam vt stupefaciant: ita, vt vis eorum paucorum sexto mense fracta, multis calentibus elanguerit. Magnam vero vim habet in dolore renum, & spirandi difficultate.

Confectio ex styrace, alui immodicum fluorem biliosum aut pituitosum sistit: tinesmum a causa frigida natum sanat. Recipit styracis liquidi, opij, asari, hyoscyami albi, castorij, croci, myrrhæ, thuris, partes æquales: melle sufficienti comprehenduntur.

Per styracem liquidum à Mesue intelligi miscellam quandam grauem & somniferam putat Manardus ex Diosco.
 20 & Gal. antidotis.

LIB. III. IOAN. MESVAE
DE MEDICAMENTIS
PURGANTIBVS COM
POSITIS.



EDICAMENTA purgantia sunt quaedam aloë, alia colocynthide, alia turbith, nonnulla scammonio, alia aliis. De quibus ordine nobis dicendum est, primum de hieris.

Quaedam non ab vno tantum simplici purgatorio purgandi vim obtinet, sed à pluribus. Quæ verò simplicia sint Mesuæ purgatoria, libro ipsius secundo docuimus.

*Gal. lib. 7.
meth.*

Hiera picra, id est, amara Galeni, facultatibus multis insignibus efficac. Si quidem calfacit, tenuat, incidit, terget, siccat, obstructions aperit: humores, ac flatus prauos, crassos, lentos, poris corporis tanquam spongiæ cauernulis imbibitos separat: digerit, expurgat commodè. Magis autem purgatrix est cum aloë illota, sed minus roboratrix: contrà verò quæ cum aloë lota paratur, minus aluum subducit, magis ventrem roborat: affectibus capitis, ventriculi, hepatis, renum veteri, iuncturarum, & cæterarum partium frigidis, mirè confert, humorem ab his partibus frigidum, aut putrem vacuando. Recipit cinnamomi, mastiches, asari, spicæ nardi, carpobalsami, croci, xylaloës, casia partes æquales, aloës duplum pondus omnium. Quidam addunt schœnu anthos: alij absinthiū: alij alia. Quidam melle excipiunt: alij sine melle in trochiscos fingunt cum aqua bdellij, & tragacanthi.

Antidotus hiera, id est, sacra ab operibus diuinis & mirabilibus, picra, id est, amara, ob aloën, vnde & hiera dialoës etiam dicta est, Galeno describitur libro sexto sanit. tuendæ: libro septimo meth. & lib. secundo, & octauo comp. ph. p. ad purgandum maximè ex ventriculo, intestinis, venis mesaraicis bilem flauam, & pituitam non modo tenuë, tunicis ventriculi altius infarctam: sed promptius eam, quæ in eius spatio innatat. Cum autem vis eius purgatrix hepar non superet, qua ratione affectibus frigidis capitis, & aliarum partium tam remotarum cum Mesuæ conferet?

lib. 7. met.

feret? Ut phlebotome à toto corpore vacuat, non primo, sed succedente in locū vacuati sanguinis alio sanguine ex reliquo corpore, sic vacuato per hieram vētre inferiore, successione quadam aliarum partium excrementa aut mole sua ruere, aut vi partium expultrice mitti videntur: nec alienum fuerit ab hiera, si non valenter, saltem leniter trahi, ut momento vacuandi semel accepto, ferri in ventrem perseverent: quod in chysteribus paulo acrioribus saepe fieri probavit Galenus. Quæ rest tibi si nō ad plenū satisfacit, in memoriam reuoca ventriculi actionem toti corpori communē.

10 In quo si multa est excrementosa materia, ea chylo mixta, in corporis dictas partes cum sanguine tandem distribuitur, & partes ipsas tali excremento onerat. Si verò contrā excrementis omnibus his biliosis, pituitosis, putribus omnino vacuus est ventriculus, & perfectiùs coquet, & alimentū in corpus purum transmittet. Quo partes singulae velut recreatae, & meliores redditae, quod in se habent excrementosum coquent, si coqui habile est: aut si tota sua substantia est ab alendo iam alienum, excernent. Omitto ventriculi

20 cum cerebro consensum maximum, & oculis. Vis igitur hiera huius à Gale. non inuenta (nam multis ante ipsum annis celebrata est, ut ex lib. c. ph. p. colligere potes) sed vsu crebro celebrata, est maxima. Sicq; Romæ Gale. tempore parabatur: Cinnamomi, xylobalsami, asari, spicae nardi, croci, mastiches Chia, ana drach. sex: aloës drach. centum: sed centum drachmæ ipsius, magna nimis mensura est visa Galeno aliorum proportione lib. 2. comp. ph. p. Ob id præstantius medicamentum feceris, si minus aloës inycias, ut drach. nonaginta, qua tanquam optima, se vsu Gale. asserit. Interdum drachmas octoginta miscebat, cum gra-

30 tiorem, sed calidiorem volebat: interdum contrā etiā centum & viginti, cum purgantē magis. Aloë autē non lota,

Lib. 7. mēb.
magis

magis vacuat: lota, magis roborat, v̄trem minus vacuat.
 Crocum item parcius misceri vult Galenus, vt drachmas
 quinque: praesertim quibus medicamento vtentibus crocum
 caput ferit odore, vti nobis ante mistionem. His etiam suf-
 fecerint croci drachm. quatuor. Sex vero croci drachmas
 Galenus miscebat mulieribus male per menses purgatis,
 & aloës drach. octoginta, & carpesium loco asari: inter-
 dum vtrunque. Vtebaturq; non in his solis quibus dolet ca-
 put per consensum stomachi ab humore bilioso morfi, sed
 etiam in his, qui suffusionum phantasmata et symptomata
 patiuntur ex simili stomachi affectu, & quibus aluus sup-
 primitur, & quibus ructus est fumosus. Cinnamomi penu-
 ria in yce optima cassia duplum quæ nihil virtute ab inua-
 lido cinnamomo abest, a generoso multum superatur. Quidam
 carpobalsamum loco xylobalsami: alij vtrunq; alij etiam
 xylaloën, cassiam, schœnu anthûs addunt. Dosis summa est
 drac. vnius cum aqua cyathis tribus: minima est semidrac.
 alijs in medio pro etate, corporis magnitudine, consuetudi-
 ne: seu minima est vnius cochlearis parui, mediocris, duo-
 rum paruorum: maxima, duorum cochlearium magnorum
 cum aqua temperata cyathis duobus aut tribus: aut in ca-
 tapotia fingitur. Dat. Act. a drach. vna ad drach. duas Ho-
 die eius sicca (quæ vtilior est) etiam vnc. dimid. cum drach.
 vna diaphœnici ex hydromelite etiam mulieri innoxie
 propinari vidimus. Gal. item vel siccum puluerem exhibet
 vel melle exceptum, vt gratior, durantiior, purgantiior: licet
 tunc v̄trem minus roboret, quia mel stomacho malum est,
 & roborantium vim dissoluit. Mes. puluerem tacuit, tro-
 chiscos expressit: alij quoque in catapotia fingunt, quod
 propter multam aloës amaritudinem agrè puluis ex vino,
 vel iure pulli, vel aqua hordei, vel alio liquore deuorari
 queat: nec multo facilius cum melle excepta est hiera hæc,
 siue

Lib. 4. loc.
 aff. cap. 1.
 Lib. 1. loc.
 aff.

Lib. 2. cõp.
 ph. p. lib. 7.
 metho.

siue bolis deglutienda sit, siue liquore (vt puluis solet) dissoluta. Adde quòd catapotia ex hiera ob moram in ventriculo longiorem à remotis partibus trahere magis possunt: minimum, si potu deuoratur. Nam sic à ventriculo celerissime & effluit, & expellitur. Si bolo autem sumitur, vt consistentia, sic mora in ventriculo, & viribus in vacuando est media. In hac antidoto autem sola est aloë purgatrix, & tam imbecilliter, vt vix hora post duodecima vacuare incipiat, duretq; eius vacuatio interdum ad horas viginti quatuor. Quæ cõsuetudo est tardius & imbecillius vacuantium, cum valentia mox vires suas exerant, & non multo post terminent, nisi quantitate immodica hypercatharsin moliantur. Cum autem Gale. hiera ad cinnamomi, mastiches, asari, spicæ nardi, croci, xylobalsami, ana drachm. sex addat aloës drach. centum, drach. vna sicca probè purgat, cum vulgaris officinarum hiera hæc sicca drach. vna & dimid. parum sit efficax, quòd aloën ad omnia simplicia simul sumpta duplam tantum misceant: cum apud Gale. ferè sit tripla: nam pro aliorum sex ana drach. sex, quæ sunt

20 triginta sex, miscet Gale. aloës drach. centum, & interdum centum viginti. Quæ verò Gale. hiera melle excepta est, vnc. vna mediocriter purgat, in qua sunt pulueris drach. duæ. Cum enim tribus pulueris vncijs miscenda sit lib. vna mellis, in tribus autem vncijs drachmæ sunt viginti quatuor: in libra, vnciæ duodecim, sequitur vt in qualibet hiera mellitæ vncia sint propè pulueris drach. duæ. Addidi propè, quòd pulueres ipsi cum melle iuncti pondus augent.

Cur autem mellita Galena purgatoria magis dicitur, quàm sicca, leuiter attigi in Mesuæ aloë libro secundo.

Ab hac autem hiera velut antiquissima incepit. In

30 quam xylaloën, & casiam inuexit: & pro xylobalsamo, carpobalsamum. Actuarius autem pro spica, xylocasiam.

Mel

Albuchasis. Mel verò quantum species, ut vnc. tres. Huic hiera, & alijs medicamentis, quorū aloë est basis, miscendum quidam contendunt, & hieram Iulio aut Iunio faciendam, in hordeoq; sepeliendā volunt per sex menses, ut fermententur. Aestas alioqui vires ei adimit, nec utendam ante hanc fermentationem seruariq; integras omnes hieras à sex mensibus ad annos quatuor.

Hiera Andromachi initio lib. 8. c. ph. p.

Schœnu anthūs, xylobalsami, mastiches, croci, nardi Indici, asari, cinnamomi, singulorum drach. sex: aloës lota drach. centum: simul leuigata reponito, datoq; ieiuno à cochleario vno ad duo, cum aqua frigida, aut calida cyathis à duobus ad quatuor: alij singulorum sex drach. octo miscent: alij aloës drach. octoginta: multi præter illa sex etiam schœnu anthūs addunt. Asclepiades Andromacho consentit, nisi quòd aloës simpliciter scribit, & horum simpl. vnc. vnam, id est, drach. octo, vel drach. septem & semissens miscet, & oxobalsamum pro xylobalsamo, & schœnu anthūs omittit. Aloën quidam cum Andromacho lotam, alij illotam ponunt: cū lota minùs aluum subducatur, quia multū virtutis medicamentosa lauando deponit, sed tunc conueniet magis febris non valida, sed admodū remissa laborantibus, quibus etiam hieram ex aloë illota citra euidentem noxam multi dederūt, in alijs febribus noxam maximam ex ea sunt experti. Nam aloë etiā lota est maximè aduersa his, qui intemperie calida & sicca laborant sine prauis humoribus: deinde his qui sicca & frigida: in totum his, qui ex solis qualitatibus partē aliquam habent vitiatā. Nam intemperies cum humoribus medicamentis illos vacuantibus indigent, quæ sine humoribus sunt, à medicamento ex aloë in marcorem omnino perueniunt. Vbi igitur humiditas praua ventriculi tunicas irrigat, picra ex aloë utilis est,

humi

humiditatem vacuās prauā, quæ nauſeam maiorē aut minoreſcit. Eam autē noxiā humiditatē ſola aloë vacuat ſua vi purgatoria non valente, ſed quæ ex ventriculi regione quæ attingit, vacuare poſſit: ſi tamen largior ſit exhibitā, ad iecoris partes peruenit: non tamen vacuat totum corpus aloë. Fiera quoque ipſa valet ad purgandū ventriculum prauis humoribus, præcipuè tenuibus & bilioſis, & coctionem impediētibus, iuuat etiā ventriculum intemperie humida citra humorē laxatum, vt ligamenta, ſeu nerui colligantes articularum laxantur: omnium autem præſtantisſ. eſt remediū his qui bilem altius inter tunicas ventriculi receptam habēt. Datur etiā tutò phlegmone ventriculi iam cocta, poſt declinationem ſcilicet, nullo autem phlegmonis tempore. Hieram picram alij habent ſiccā, alij melle non cocto modicè exceptam. lib. 5. ſanit. tuend.

Hiera Hermetis cum dracunculo maximarum & certis eſt virium ad cephalalgiam, hemicraniam, vertiginē, paralyſin, epilepſiam, tremorē, ſpaſmū cynicum, dolorem colicum, nephriticum, vterinū, arthriticum. Vacuat enim humores tam tenues, quàm craſſos & lentos à capite, ventriculo, neruis, iuncturis & reliquis partibus. Recipit autem aloës vnciam vnā, trochiſcorum Alandhal aureos octo: turbith, agarici, dracunculi vtriuſque ſicci, iridis, ſagapeni, myrobalanorum, cepularum, citrearum, Indarum, ana ſeſquidrachmam: zingiberis, cinnamomi, maſtiches, bdellij, ellebori nigri, euphorbij, aſari, caſiæ lignæ, ſalis Indi, caſtorij, croci, apij, liguſtici, cocci gnidij, ſtœchados, ana drachmam vnā; ſcillæ aſſatæ drach. duas & dimidiā: ſcammonij drachmas duas. Curioſè omnia terantur: gummi & ſucci vino odoro diſſoluantur: pulueres ſucco cucumeris agreſtis comprehendantur. Siccentur iterum, eodem ſucco & pauco nucum oleo excipiantur, & ſiccentur: poſtremò melle deſpumato omnia comprehendantur. Datur poſt ſex meſes à drachma vnā ad drachmas duas.

Deſcripta etiā Meſua in ſimplicibus cap. de dracunculo.

lo. Potentissimum & efficacissimum est medicamentum, ubi remedijs alijs mala hac contumacia non cesserunt. Trochisci Alandhal inter trochiscos describentur, quos tamen tempore Hermetis nondum compositos scribit Manardus, sed sine testimonio. Hi autem colocynthidis loco in compositiones veniunt tutius quam ipsa colocynthis, nisi hac mistis probe castigetur.

Hiera Archigenis omnibus descripta, confert affectibus melancholicis & ex pituita crassa natis, vt vertigini, epilepsia, spasio, hypochisi incipienti, voci ob humiditate multam rauca, dolenti asperae arteriae, difficultati spirandi, pleurae, lepra, & caeteris tuberculis a crassa materia nascentibus, aut seroso excremento, ventriculo, intestinis, mesarao, vterò a flatu dolentibus, aut praedictis humoribus. Datur aliquando potui cum rutae decocto, adiecto etiam castorio ad filiquas tres. Dolentibus autem spinae, renibus, ilibus, inguinibus cum decocto apij, ad ischiadem, & similes articulorum affectus cum aqua centaurij, adiecto etiam electario, id est, cucumeris agrestis succo, & colocynthidis pulpa, ad filiqu. quatuor. Morfos denique a cane rabido, ab hydrophobia, id est, aquis formidatis securos reddit data cum aqua abrotoni: praecipue adiecta drach. vna pulueris cancrorum fluuialium vstorum. Recipit autem pulpae colocynthidos drachm. duas: prasij, stœchados, ellebori nigri, chamaedryos, scamonij, leucopiperis macropip. ana drach. duas: scillae assatae, euphorbij, aloës, croci, gentianae, petroselini, hãmoniaci, opopanacis, ana drach. vnam: polij, cinnamomi, sagapeni, myrrhae, spicae nardi, schœnu anthus, calaminthes montanae, aristolochiae rotundae, ana drach. duas: melle sufficienti excipiantur omnia. Datur ad aureos quatuor cum decocto epithymi, & vuarum passarum mundatarum.

Hiera hac ad verbum ex Auicenna descripta longè est praestantissima: multò autem valentior fiet, si colocynthidis pulpae vnc. duae, aut drachmae viginti duae misceantur, vt quidam codices habent. Quod ad hydrophobiam symptoma perniciosissimum eorum qui a cane rabido sunt morfi, attinet, lege Galea in libro de commodis theriacis. De pul

pulvere autem cancrorum fluuialium vstorum mira Galenus lib. vndecimo simp. predicat ex Aescrione. Magni præterea est facienda decoctorum ratio varia pro vario affectu, ex quibus hieram propinat. His vero affectibus omnibus valenter opitulari hanc hieram nemo inficiabitur, qui simplicium & plurimorum, & efficacissimorum eius naturam perpenderit. Doses tamen minuerem, quod his ferendis nostratium corpora sint imparia. Valet igitur ad congestam vel fluentem pituitam, aut melancholiam, & affectus omnes inde natos in quavis corporis parte, auribus, dentibus, collo, &c. Eius loco quidam vtuntur hodie hiera Logadij, quam Paulus, Aëtius, Nicolaus, & alij plerique describunt. Ante tamen tutum harum hierarum tam potentium vsum, apparanda est materia hoc est, tenuanda, incidenda, tergenda, fluxilis reddenda, & meatus sunt aperiendi, per quos est vacuandum: in summa corpus fluidum est faciendum, quod tuto & salubriter purgandum est. Hieralogodion corrupte.
Aph. 9. li. 2.

Hiera Archigenis Paulo aliter descripta, recipit prasij, agarici, chamædryos, pulpæ colocynthidos, stœchados, anaureos decem: opopanacis, sagapeni, petroselini, aristolochiæ rotundæ, piperis albi ana aureos quinque: cinnamomi, spicæ nardi, polij, croci, ana, aureos quatuor. Sicca terantur, liquores frangantur, hydromelite infundantur, & omnia melle excipiantur. Datur ad aureos quatuor cum salis triti drachm. vna, & aqua mulsa.

Aureos decem pro quinque scripsi, quod Paulus drachmas decem habet: Auicennas viginti. Absurdum item esset in prima simplicium classe aureos quinque scribere, & in secunda similiter aureos quinque. Omnia enim illa simplicia si eodem pondere conuenirent, vna classe conclusisset. Paul. præterea spica nardi subscribit myrrham à Mesu. omissam. Addit Paul. arida simul tundenda & incernenda, sed opopanacem & sagapenum (quæ gummi malè

ab interprete Mesuae vocantur, ut in simplicibus docemus) & myrrham contusa per noctem vna mulsa in pila macerat. Postea lenigat, & siccis miscet. Melle deinde optimo excepta omnia, vase vitreo, vel plumbeo reponuntur. Haec ratio omnium hierarum est communis: summus ipsarum modus est, denarij duo cum salis denario vno, & mellis heminis duabus: & aqua quanta satis est. Si vehementiores vis, quibus scammonium non inest: injicietur, & his singulis obulus. Haec Paulus. Quae Pauli verba me mouerunt, ut dictioni Mesuae liquorum in hydromelite infusionem adderem.

Hiera, dia colocynthidos à Rufo inuenta, caput, ventriculolum & corpus reliquum purgat humore crasso & lento, & atra bile. Ob id mania, melancholia, epilepsia, paralysis, spasmus cynico, vertigini confert, ac vlcerebus malignis, fistulosis, cancro, elephantia: flatus quoque discutit: ventriculolum roborat coctionem firmat. Recipit autem stæchados, agarici, chamædryos, ana drachmas decem: colocynthidos, drach. viginti (alij legunt colocynthidos, trochiscorum alandahal, ana drach. viginti quinque:) sagapeni, opopanacis, ana drach. octo: petroselini, aristolochia rotundæ, piperis albi, ana drachmas quinque: casia drach. septem: cinnamomi, croci, spicae nardi, myrrhae, polij drach. quatuor. Myrrham vino infunde: caetera tere, & melle despumato excipe.

Stæchadem, agaricum, opopanacem in hiera Rufi Ephesij medici præstantissimi, quæ etiam colocynthidem recipit, Paulus omisit: ponderibus præterea cum Mesuae non consentit multum autem in caeteris similes sunt hiera Rufi à Mesuae, Auicenna, & Paulo descripta. Hieram dia colocynthidos Nicolai quidam parant: ego autem hieram diacolocynthidos Antiochij, Paccij, à Scribonio descriptam, & mirè celebratam, & post eum à Galeno in libr. c. ph. p. compono & omnibus componendam suadeo: cuius vires sunt
à Pac

à Paccio, Scribonio, & alijs probata. Ad lateris dolorem, epilepsiam, maniam, melancholiam morbum, scotoma, cephalæan, suspirium, vocis abscissionem subitas præfociones, incubum, tetanum, spasimum cynicum, contusum corpus ex ictu, lapsu, tremorem, paralyfin arthritidas, dolores spinæ, mammarum duritias, cancrasq; earum, & Ulcera in his cacœthea, stomachi imbecillitatem, ructum acidum, inflationem, tormina, nauseam, stomachi saliuam, colicum dolorem, menses suppressos ex decocto artemisiæ, aut dictamni. Has eius vires Scribonius ex Paccij lib. ad Tyberium Casarem scripto descripsit, & probavit. Constat autem stæchados, marrubij, chamædryos, agarici, colocynthidos, singulorum drachmas decem: opopanacis, sagapeni, petroselini, aristolochiæ rotundæ, piperis albi, singulorum drachmas quinque: cinnamomi, spicæ nardi, myrrhæ, folij croci, singulorum drachmas quatuor: opopanax & sagapenum mortario teruntur, adiecto melle tenui, id est, quam liquidissimo: trita cætera & cribrata melle ad comprehendendum sufficienti cum his excipiantur, vase vitreo reponantur. Vbi autem affectus sunt curatu difficiliores, aut natura sua, aut ex diuturnitate, adde prædicto ponderi colocynthidis drachm. viginti: opopanacis & sagapeni, singulorum drachm. tres. Hoc autem medicamentum non solum non nocet stomacho, sed etiam reficit eum, ac confirmat supra omnem opinionem: hæc Scribonius. Datur puluis ex liquore aliquo, vel in catapotijs à scrup. dimidio ad scrup. duos: cum melle verò à drachmis duabus ad drac. quinq;. Hæc eadē est cum ipsa Rufi à Mes. scripta, nisi quòd poliu pro folio, & castia pro marrubio habet, & ponderibus non nihil variat. Hi trochisci Ruso incogniti fuerunt, uti & Act. Gal. qui eo longè fuit posterior, ob id eorū loco sunt qui elaterium misceat. Hiera Legadij plus alysbilem atram trahit:

recipit myrrha, spica, scilla torrefacta, euphorbij, ammoniaci, bdellij, Zingiberis, aloës, stœchados, hyperici, chamædryos singu. vncia: epithymi vnc. duas: cinnamomi vnc. tres: Verratri nigri sescunciam. petroselini semunciam, scrup. duos: amomi, folij Indici, castia, piperis triplicis, castorei, opopanacis, medullæ colocynthidis, sagapeni. singu. semunciam: aristolochia drach. vnam mellis modum, qui tibi videbitur.

Hiera Logodion corru-
ptè Nicolao
dicitur, &
aliter, quàm
hic describitur.

Actuarius. Huic mulcūm affinis est hiera Logadij scripta sic ab Aëtio, pulpæ colocynthidis drach. viginti: scillæ assata, agarici, ammoniaci, scammonij, corticis ellebori nigri, hyperici, singu. drach. vna: epithymi, polypodij aridi, bdellij, aloës, chamædryos, castia marrubij, singu. drac. octo: myrrha Troglodytica, piperis albi & nigri, cinnamomi, croci, opopanacis, sagapeni, castorei, petroselini, aristolochia, singulorum drachm. quatuor, melle excipe: datur à drachmis duabus ad drach. quatuor. Huic eandem facit Aëtius hieram Galeni, nisi ponderibus differret, & præterea haberet stœchadem, & piper longum: recipit enim pulpæ colocynthidis drachm. octo: scillæ, assatæ, agarici, ammoniaci, scammonij, corticis ellebori nigri, stœchados, hyperici, ana drachm. sexdecim, epithymi, polypodij sicci, bdellij: aloës, chamædryos, marrubij, castia, ana drachm. octo, in alio vnc. duas myrrha Troglodytica, sagapeni, croci, aristolochia, piperis albi longi & nigri, cinnamomi, opopanacis, castorei, petroselini, ana drachmas quatuor: mellis quod sufficit. Huic Aëtij descriptioni si adieceris polyj, gentiana, pulegij, spica nardi, iunci odorati, ana drachm. quatuor: aut ex hiera Galen. ab Actuario descripta, aristolochiam longam, & Zingiber sustuleris, & pro aiuga stœchadem: pro porro, prasium, id est, marrubium scripseris: medicamentum habebis celebre triginta duobus constans simplicibus, ad contumaces morbos omnes efficacissimum: & tuisi

*tissimum: ex hieris alys Ruffi, Antiochi, Iusti, Legadij, Archigenis, à Galeno excerptum, cuius meminit lib. 8. c. ph. p. & lib. meth. 12. Ab eo autem non fuisse descriptam miror, cum præsertim hieram dialoës. lib. 2. & 8. c. ph. p. describat, & utroq; hieræ diacolocynthidos meminerit: nisi fortè descripsit in lib. de comp. ph. purgatiũ, quem aliquoties in opere prædicto pollicetur, nondum tamen visus nobis est. Aristolochiam tamen rotundã & longã habet hiera Iusti. Aliæ vnicam ex tribus & hiera Ruffi Aëtio habet cha-
 10 mapityn: huius rei dũ hæc scriberem, me admonuit Sigisbertus medicus Romæ doctissimus & diligentissimus.*

Hiera nobis inuenta purgat vtranque bilem & pituitam, O
 flatus crassos cerebri, & ventriculi, & corporis reliqui dissipat: ob hæc visioni imbecillæ confert, ac cæteris affectibus causas illas sequentibus. Recipit aloës drach. quindecim, epithymi, costi, ana drach. quinq;: euphorbij, croci, spicæ nardi, chamædryos, ana drach. sex: agarici drach. nouem: caryophyl-
 20 lorum drach. duas: calami aromatici, mastiches, cassiæ, ana drach. septem: xylobalsami (alij xylaloës) drach. quatuor: pi-
 peris albi & nigri, gentianæ, anamomi, ana drachmam vnam scammonij in malo cydonio cocti drachm. duas: mellis quantum sufficit. Datur aureo vno.

Diamanna nobis descripta celebris, præsertim ad fe- O
 bres acutas & multum ardentis. Nam cordis, ventriculi, hepatis, sanguinis intemperiem calidam, & feruorem, & sitim extinguit. Recipit mannæ bonæ, & recentis, cassiæ ana vncias quatuor: tamar Indorum immaturorum vncias. sex: medullæ cassiæ, sacchari violati vncias sexdecim: succi intybi, apij, malorum dulcium, acidorum, & acidodulcium, succi
 30 acidi citrorum, ana vncias † tres. In quibus purgatis prædi- † Alij qua-
 cta tria dissolue, cola, vt munda sint omnia. Præter hæc acci- tuor.
 pe radicum intybi, apij, ana vncias tres, foliorum lupuli, ad-
 ianti albi, ana vnc. duas: pruna passa centum: violarum vnc.
 vnam & semissem: rosarum vnciam vnam: spicæ nardi drach.
 tres: coque hæc libris tribus aquæ fontanæ ad dimidias: co-
 lato adde sacchari libras tres: aceti boni libram vnam: semel
 feruesiant. Adde colatum prius, & percoque ad mellis cras-

fitudinem: postremò adde santalorum, citreorum, rosarum, spodij, succini, oxyacanthæ, sem. portulacæ, sem. oxalidis, sem. melonum, citreoli, cucurbitæ, cucumeris, ana drach. tres: ligni aloës drach. quatuor: cubebæ drachinas quinque: caphuræ drach. vnam: reponere vase vitreo. Datur Aestate cum aqua frigida ab vncia vna ad vncias duas.

*Operosa hæc compositio, & quæ paucioribus idem prestare posset: cui calida pauca miscentur, vt frigidis in corpus spargendis viam parent. Pro folijs lupuli sume ipsius asparagos, & prima germina, vel summa cacumina. 10
Valentius fiet, si in libras singulas acceperit scammonij semunciam.*

Diamāna. **O** Lectarium aliud mannæ Galeno inuentum, cholagogū, benignum & delicatum: ob id morbis omnibus biliosis salubre: recipit mannæ thuris & recentis libram vnam in libra vna succi rosarum rubrarum dissoluendam & coquendam sufficienter igni lento: tunc adde scammonij vnciam vnam: mastiches drachmas tres. Datur vncia dimidia: compositum hoc celebre medicamentum (inquit Galenus) ex simplicibus temperatura & proprietate maximè idoneis. 20

Scammonium hic castigatum misceri quidam volunt. Datur à drachmis quatuor ad drachmas sex: Vbi à Galeno scribatur, non legi. Si tamen legeris, mel aërium vocat, quod Mesues mannam. Nam ei, vt Dioscoridi manna thuris aliud est. Meminit huius Mesues in simplicibus de manna.

O Lectarium Alharif saporis iucundi, in æstate faciendum: purgat ventriculum, hepar & corpus reliquum: vsu corpus viuudum & iuuenile reddit, & seruat. Recipit verò myrob. citrearum, cepul. Ind. partes æquales: tere [cribra] oleū amygdalarum dulcium superfunde q. s. insola triduo, frica saepe manibus: oleū nouū suffice quantum absimitur. Iterum eadē triduo continenter tere in aqua fontana, in qua sacchari partē decimā dissolueris, affusā identidem pauca aqua. Hoc fac, donec myrobalarū sapor ingratus auferatur: post sicca in umbra. Accipe relictæ huius massæ drachm. quindecim: turbith drachm. sex: anisi, mastiches, ana drachmas duas: spicæ nardi, sem. 30

Vide caput de myrobalaris.

sem. apij, ana drachm. vnam & dimidiam: violarum siccarum drachmas septem: sacchari albi, candefacti ana drach. decem. Excipe melle despumato. Datur drac. tribus cum aqua calida.

Alterum elect. Alharif earundem virium, præterea ventriculum roborat, & cæteras partes nutritorias frigiditas: appetentiam excitat: coctionem iuuat: propter hæc colorem corporis, & odorem commendat: iuuentutem tuetur: canos remoratur, & spiritibus tenuatis & purgatis visum & reliquum sensum omnem & cogitationem exacuit: venerem excitat. Recipit myrobalanorum, cepul. nigrarum, citrearum, ana partes duas: embl. belleric. ana partē vnam & dimidiam: tere, cribra, vt nuper dixi præpara. De hac massa accipe drachmas quatuordecim: turbith drach. septem: zingiberis, cardamomi, mastiches, cinnamomi, ligni aloës, caryophyllorum, piperis cubearum, galangæ, macis, sem. apij, ana sesquidrachmam: spicæ nardi scriptula duo: strobilorum, sacchari albi & candefacti ana drachmas duodecim: excipe melle despumato. Datur drachmis tribus cum aqua calida.

Electarium Indum maius, purgat vëtre totum infero-rem, atq; adeo iuncturas, pituita etiam putri flatuq; distipar: & affectibus inde natis, dolori colico & nephritico, & ventriculi, & aliorum viscerum. Recipit cinnamomi, caryophyllorum, spicæ nardi, rosarum, cassiæ, macis cyperi, ana drach. quatuor: santalorum citreorum drach. duas & dimidiã, ligni aloës, nucis moschatæ, ana drac. duas: turbith boni, albi, gummosi arundinacei drach. quinquaginta: sacchari, penidiorum ana vnc. viginti: galangæ, cardamomi vtriusque, asari, mastiches ana sesquidrachmam, scammonij boni & in malo cydonio decocti drachmas duodecim: omnia cum oleo amygdalino fricentur. Post succi cydoniorum, & granatorum, & apij, & fœniculi ana libra dimid. coque cum melle ad spissitudinem idoneam, & misce aromata. Datur ad aur. tres.

Potentius est diaphænico, si neutrum acceperit scammonium aut si vtrunque equaliter acceperit, idemq; coctum ambo vel crudum. Grandioribus dari potest vncia vna, pueris verò Mesuæ dosis. Eius drac. sex, cassiæ drachmas tres, simul dabat Manardus ad renes expurgandos. Penidia miscent purgantibus ventriculum intestina, ve-

nas magnas, ut huic & diaphœnico: non autem his quæ à remotis partibus attrahunt.

Electarium Indum minus eadem promittit: recipit turbith, sacchari ana drachmas centum: macis, piperis, zingiberis, caryophyllorum, cinnamomi, cardamomi, nucis moſchatae, ana drachmas ſeptē: ſcammonij drachmas duodecim: miſce cum melle deſpumato. Datur ad aureoſtres.

Hoc minus eſt calidum, & ſimplicius, ſed eſt valentius ad purgandam pituitam, ac etiam bilem ſlauam, utruque vacuat. Quamuis enim turbith phlegmagogus in hoc largior phlegmagogum hoc electarium magis faciat, tamen & maius etiam eſt phlegmagogum turbith adiuto à ſcammonio bilem primo & per ſe purgante, ſed etiam pituitæ vacuationem iuuante. Ob id electariū Indum ſi abſolute ſcribitur, hoc minus, quia efficacius, & tam delicatum etiam ſine melle, ut eius puluis poſſit cū iure ſorberi, à multis intelligitur: eſt q̄ in uſu frequentiore, quia efficacius pituitam expulſioni paratam, & bilem miſtam purgat, & minus cal. facit. Ob id ſalubre in quotidianis febribus, notis à miſta bile. Poſteſt dari ad drachmas quatuor, vel etiā quinque minus, ut maius ad drachmas ſex, non ſolum aureoſtres cum Meſue. Nam hic ſingulis mellis libris miſcet pulueris vncias tres. nos tantum duas. quod ſi quis vncias tres miſceat, ut hodie fit, doſis Meſuæ placet. Ferè miſcetur caſſia, manna, & alijs imbecilliter vacuantibus, ad actionem earum celerandam & augendam. Manardus in affectibus renum ſex drach. Indi maioris, & drac. tres caſſia exhibet: ac robuſtis dat vnciam integram, & doſim Meſuæ vix pueris ſufficere ait. Si autem diu ante uſum eſt ſeruandum, miſce ſcammonium: ſi autem mox utendum, diagredium, quod vocant.

Electarium diaphœnicum à filio Zezar deſcriptum, purgat clementer, & tuto humorem crudum & bilem. Ob hæc

Phlegmagogū ob turbith eſt magis quā ob alia cholagogum.

hæc conuenit febribus complexis & diuturnis, dolori ventriculi, & colico, intemperaturæ harū partiū frigidæ. Recipit autem *φουινωρ κίρρον* id est, dactylorū fuluorū, aceto per triduū maceratorum drach. centum: penidiorum hordeatorum drach. quinquaginta: amygdalarum purgatarum drach. triginta: turbith drachmas triginta quinque: scammonij drachmas duodecim: zingiberis, piperis longi, foliorum rutæ siccorum, cinnamomi, macis, ligni aloës, anisi, fœniculi, dauci, galangæ, ana drachmas duas & dimidiam. Tere omnia probè, melle despumato sufficienti excipe. Datur ab aureis tribus ad septem.

Φουινωρ κίρρον lego, id est dactylos fuluos, quo colore sunt immaturi, ut maturi flauiores, aut iam nigricantes. Hanc autem Græcam vocem an rectè diuinem à Mesue usurpatā, & ab interprete corruptā, lectoris cædido iudicio cōmitto. Neque interpretatio Arabicae familiae mihi repugnat: *kheyron* enim (sic namq; scribūt) immaturos aut significari, & ob id adstringētes magis. Sic tamen tamar Indorum *kheyro*, id est, immaturorum, ut interpretantur: qui licet sint species dactylorum syluestriū, tamen dum sunt immaturi & acerbiores, quales ad nos afferuntur colore fuluo, nō sunt ut vinum *κίρρον* id est, fuluum, igneum, medium Hippocrati & Galeno dicitur, sed nigricant. Id potest vocari diaturbith, quāquā est aliud diaturbith in simp. cap. de turbith, multò hoc valentius & periculosius, præsertim si turbith horis viginti quatuor maceratum sit succo cucumeris agrestis, & scammoniū acceperit. Viribus cōuenit cū electario Indo maiore, sed clementius purgat & bilem magis per scammonium: sed etiam non ignauiter pituitam per turbith, ob id febribus complexis, ut tertianæ nothæ ex bile flaua & pituita conuenit. Datur ad drach. quatuor per se. Frequenter cum casia & manna. Quidam diaphœnicon minus vocant, cui immittuntur scammonij drachmæ vndecim vel duodecim: maius autem, cui induntur drach, eiusdem tres & viginti, vel quatuor & viginti.

Descripta erat prius in simplicibus ex Zezar cap. de tur-
 bith (basis enim eius est turbith & scammonium) eadem
 omnino nisi quod vno tantum die dactylos ibi macerat, &
 Zingiberis, piperis logi, foliorum ruta siccorum ana drach. qua-
 tuor scribit, aucta horum trium dosi, & omisis simplicibus
 reliquis. Penidia autem & dactyli hic & in alijs purgan-
 tibus miscetur vt lentore suo purgatio retineant, ne in lon-
 ginqa promptè ferantur. Adde quod ibi penidiorum tantum
 scribitur, non vt hic penidiorum hordeatorum, quod inter-
 pretatur, ex saccharo albo & optimo cum aqua decoctionis
 hordei sex horas infuso & cocto ad iustam consistentiam. 10
 Drachmas scripsi, vbi Mesues ponebat partes, quod ita faci-
 lior intellectu esset descriptio, neque res mutatur: quãquam
 & Gal. & veterum plerique pondus aut mensuram nomine
 partium indefinitam quandoque scripserunt, contenti singularum sim-
 plicium proportione. Potesque pro drach. semuncia, vel uncia,
 vel selibram, vel libra, vel pondus aliud quoduis, sed vni-
 cum sumere. Magna ratione autem dactyli, & in alijs ad-
 stringentia alia scammonio in varijs purgantibus miscen-
 tur: sic enim rhu succum, carnem mali cydonij, carnem pal- 20
 mularum seu phœnicum myrta mastichem & similia scam-
 monio, & alijs multis purgantibus adiecerunt, quae stoma-
 chum adstringendo roborarent, & grato sapore medica-
 menti abominabilem qualitatem tegerent: effecto autem
 quid possent purgantia monstrarent. In his enim sub-
 stantia purgatis exigua, sed validis praedita viribus, mi-
 sta alteri substantia plurima, sed imbecilla, sumpta gu-
 stu non percipitur: agit tamen efficacius pauca haec, quam
 plurima alia libro 3. simpl. capit. decimoquarto. Sic cydo- 30
 nijs scammonium rectè misceri docet libro primo alimen-
 torum. Crudum autem miscendum hic, quia per dactylos
 & aromata satis castigatur, & non impeditum, vapo-
 rib

ribus longè transmissis à longinquis trahit: quanquam etiã penidia suo lentore turbith & scammonij substantiã in corpus distribui prohibent. sauonarola tamen vapores ab his eadem virtute præditos omnino non prohibent.

Electarium ex psyllio chōlagogum, ob id febribus solutu
 10 cōtumacibus, acutis, & ardetibus, & cephalalgia, ac vertigini à bilis vapore nascenti, & iſtero, & intemperiei calidæ hepatis confert. Recipit autem succi buglosi domestici & syluestris, intyhi, apij, coquendo despumatorum, ana libras, duas, quibus misce vigintiquatuor horis cassuthæ, anisi: folliculorum fennæ, ana vnc. semiss. adianti albi manipul. vnum: succi fumarie vnc. tres: asari vnc. quatuor: spicæ nardi drachmas duas semel feruefiant. Præterea adde violarum viridium, vel ficcarum vncias tres: epithymi vncias duas: & semel quoque feruefiant: cola, exprime: colato psyllij vncias tres mactera vigintiquatuor horis, in singulas rudicula agitãdo: post exprime totam mucaginem, in cuius lib. quatuor coque igni lento sacch. libras duas, & dimid. scammonij in malo cydonio cocti vncias tres, & dimidiam. Coctis omnibus his adde pul.
 20 trochiscorum diarhodon, & de spodio, & de rhabarbaro ana vnc. vnam: trochiscorum oxyacanthæ vnc. dimidiã. Datur à drachmis tribus vsq; ad aureos tres. Hamech. hoc electarium de trochiscis appellat. Addunt aliqui aceti libram vnam & dimid. alij violarum lib. vnam.

Seminis psyllij drach. trium mucago sumpta soluit bilem lubricando, & calorem eius obtundit & suum, frigida sua substantia, vt ipsi volunt licet Dioscoridi & Galeno tantum refrigerare dicatur. Scammonium crudum quidam miscent, quia coquendum: quod si coctum, iterum co-
 30 *quendum misces: leniet tantum medicamentum, non etiam soluet. Dari tuto potest ad vnciam vnam.*

Electarium Episcopi excrementa flatuque corpore toto educit, ob id dolorem colicum hypocond. iuncturarum leuat, renes & vesicam purgat, venerem excitat. Recipit scammonij Antiocheni, turbith albi, ana drach. sex: caryophyllorum, cinnamomi, zingiberis, nucis moschatae, emblicar. polypodij ana drachmas duas & dim. sacchari vnc. sex: excipe mel le despumato. Datur ab aureis duobus ad tres.

Hoc

Hoc elect. Episcopi pro elefoph cum Auicēna interprete appellauimus, a quo tamen cardamomum & piper huic descriptioni adduntur: cetera similis est. Vacuat bilē scammonio, & pituitam turbith. Quidam eo vtuntur ad purganda corpora in lue Hispanica, in omnibus corporibus, licet melancholicis minus conueniat, quam electarium Hamech. In hoc vncia sex mellis cum aequali saccharo cocti sufficiunt. Si autem saccharum pulueratum vis inspergere, largiore tum melle opus esset, ac dosi etiam ampliore. Ex his speciebus, & saccharo confecta placentæ nihil purgant, interdum vstis scilicet speciebus: est quādo immodicè purgāt, iisdem simul malè commistis. Potest tutò dari largius quā scribat Mesues.

*Confectio
Hamech
vulgò.*

** Alij octo
decim.*

*† Caprini
in sereno a-
crimonia
exuti.*

*Seri lactis
li. quatuor.*

*Die sexto ca-
lesfacta ex-
primantur.*

*Alij expres-
sum cū sac-
cha. sesqui-*

*lib. igni len-
to sesquibo-*

ra perco-

quunt, per-

*cocto addūt
particula-*

Electa. Hamech purgat bilem vtranque, & pituitam sal-
sam: ob id affectibus inde natis, impetigini, psora, lepra,
cancro exedenti, & similibus mirè confert. Recipit myrobala-
citrearum vncias quatuor: cepularum, & nigrarum, rhabarba-
ri, ana vncias duas, agarici, colocynthidos, polypodij, ana drac.
* sexdecim: absinthij, thymi, fennæ, ana vnciam vnā (in alio
drach. sex:) violarum drach. quindecim: epithymi vncias duas: 20
anisi, rosarum, fceniculi, ana drach. sex: succi fumarie lib. vnā:
pruna sexaginta: vuarum passarum mundatarum vncias sex.
Macera dies quinque sero lactis † sufficiente in vase vitreo stri-
cti oris, & obturati: semel deinde feruefiant: manibus fricen-
tur, & colētur. Colato adde casie fistulæ purgatæ vncias qua-
tuor: tamar Indorum vncias quinque: mannæ vncias duas. Fric-
ca manibus: cola, percoque ad mellis crassitiem cum sacchari
libra vna & dimidia: scammonij vncia vna & dimidia. Postre-
mò adde myrobalanorum, citrearum, cepul. Ind. ana vnc. di-
mid. belleric. embl. rhabarbari, seminis fumarie, ana drach. 30
tres: anisi, spicæ nardi, ana drach. duas. Datur à drach. duabus
vsque ad aureos duos.

*Consuetissimum est hoc medicamentū in affectibus me-
lancholicis, mania, melancholia, alphis nigris, cancro, ele-
phantia, & cutis vitijs, psora, lepra, impetigine, quæ esse-
cta*

Et Mes. peculiariter tribuit electario sequenti. Tutò datur tim castia.
 vncia Manardo ad prurimum, maniam, melancholiã mor- tamar In-
 bum, elephantiam psoram, lepram. scammonium hic cras- dos super ci-
 sius tritum quidam volunt, vt coctionẽ aliquam suslineat neres cali-
 ad malitiam eius castigadam. Si autem coctum esset (quod dos in vnc.
 Daxpũuon quasi lachrymulam Græci recentiores appellat. duabus ex-
 Arabes corruptè diagredion) non coqueretur, ne vim pur- pressi crudi
 gatoriam perderet. Eodem modo in elect. rosato, in his enim dissoluta &
 crudum scammonium miscetur, quia coquendo corrigitur: colata, man-
 10 & his quæ diu seruantur ante vsum: in cæteris scammoniũ na vnc. tres
 coctum ponatur. in fescuncia

0 **E**lect. alterum Hamech purgat melancholiam, & vstos prædicti ex-
 humores alios: ob id confert mania, melancholia, verti- pressi solu-
 gini, obliuioni, & vitis cutis, qualia sunt, psora, id est, scabies, tas & cola-
 lepra, alphi, id est, morphea, cancer, elephantia, impetigo. Re- tas, idq; fa-
 cipit myrobalanorum nigrarum, cepularum, epithymi, ana ciunt, ne tria
 drach. quinquaginta: fumaris, absinthij, ana drac. viginti: thy- hec coquan-
 mi, calaminthes, polypodij, agarici, glycyrrhizæ, buglosi, ana tur, vt nec
 drachm. decem: stœchados, chamædryos, chamæpityos, spinæ scammoniũ,
 20 albæ, anisi, ana drach. quinque: pruna, zizypha, myxa, ana fe- & reliqua.
 ptuaginta: vuarum passarum mund. lib. vnam: coque in aqua
 sufficienti ad partem tertiam: in qua igni lento ad mellis cras-
 sitiem percoq; sapæ lib. duas: mellis lib. vnam: scammonij vnc.
 duas. Datur à drach. tribus ad drach. sex.

*Aly legunt à drach. duabus ad drach. quinque. Indæ
 myrobal. nigris addebantur, cum tamen eadem sint Me-
 sua in simpl. ob id sustulimus. Hoc in vsum non est: tamen esse
 possit loco superioris, quo maximè vtimur hodie ad luem
 Hispanicam. Ἀκανθαξ λευκὴν Dioscori. & Gal. id est, spinã
 30 albam cum omnibus Arabum interpretibus, in locum be-
 de q. r. suffecimus.*

Electarium rosatum cholagogum clemens, ob id salubre †
 biliosis affectibus, arthritidi calidæ, cephalalgia calidæ,
 vertigini, oculorum dolori, ictero. Recipit autem succi rosarũ
 rubrarum perfectarum libras quatuor: sacchari lib. vnam &
 dimid.

dimid. mannae purae & recentis vnc. sex, scammonij Antioche-
ni vnc. vnam & dimidiam. Coque flamma leuata ad mellis cras-
situdinem: adde tunc trochisc. spodij vnc. vnam: galliae, croci,
ana drach. duas: trochisc. oxyacanthae drach. quatuor: reponere vi-
treo vase. Datur ad drach. quinque.

*Eo in formandis catapotijs (qua aggregatiua vocant, &
de hermodactylis mingra, & a Mesue inuenta) videndum est,
non elect. de succo rosarum: alias in usu est raro, ut Nicolai
electarium de succo rosarum est usu frequentissimum. Hoc*

*De succo ro-
sarum.*

*Diarhodon Alexandri Tralliani cholagogum citra mo-
lestiam cephalalgiam, arthritidem, vertiginem, oculorum
dolores, icterum, & ceteros affectus calidos & biliosos
mirè leuat. Succi rosarum rub. lib. vna: scammonij vnc. vna:
agarici semuncia: piperis drach. vna. Mellis vnc. sex cum
succo coque ad crassitiem: tunc praedicta cetera laeuiganda.
Alterum eiusdem ex succi rosarum vnc. tribus: scammo-
nij vnc. vna: lactis tithymali drach. tribus mellis Atti-
ci lib. vna, ac podagricis, ictericis, tertianarijs, oculorum do-
loribus tuto dari, quia citra angorem purget, praedicat. 20
Aliud ex Nicolao & Mesue descriptum nobis ad dictos
affectus: coque sacchari lib. vnam & dimid. in succi rosa-
rum rubrarum lib. tribus ad mellis crassitiem: tunc adde
scammonij vnc. vnam: trium santalorum ana semunciam:
galliae moschatae, trochiscorum oxyacanthae ana drach. tres:
manna vnc. sex: caphura scrup. vnum: forma tessellas, aut
cum melle sacchari loco coque & serua. Rhodomeli ca-
tharticum Actuarij ex succo rosarum, scammonio, agarico,
melle.*

Alphesera.

Electa. *Αὐτὴ βρωμίας Democriti, cerebrum & nervos pur- 30
gat excrementis: ob id epilepsiae, paralyti, vertigini, &
aliis cerebri & neruorum frigidis affectibus medetur. Recipit
radicis bryoniae purgatae & tritae lib. dimid. sapae, vuarum pas-
farum lib. quatuor: scillae assatae, strobilorum depellatorum,
ana*

ana fescunc. nucis moschatae cardamomi, macis, zingiberis, ana drachmas duas: caryophyllo. piperis longi, stœchados, ana drachmam vnam & dimidiã, feseleos, salis gemmæ, galliæ, ana drachmam vnam: spicæ drachmã semis: agarici drachmas tres. Datur post sex menses à drachmis duabus ad drachmas quatuor.

Prius descripsit omnino similiter in cap. de alphesera, id est, vite alba, seu bryonia, vbi dosim drach. quinque scribit, quamuis etiam drach. sex esse possit.

10 *Diaturbith Mesuæ idem promittens, hîc non repetitur. Potes tamen si vrendum tibi est, ex simplicibus requirere.*

Electarium *αἰὰ κόκκου κνιδίου* hydragogum, in hydro. *Almezerô.*
pe efficacissimum, recipit foliorum thymelææ præparatorum, partes decem: carnis cydoniorum in aceto coctorû, & sacchari, ana partes octoginta: mannæ partes quadraginta: olei ex cocco gnidio partes duodecim: saccharum & manna dissoluantur in seri lactis, cui infusus erit agaricus, partibus triginta: misce carnem cydoniorum: coque igni lento ad mellis
20 crassitudinem. Puluis foliorum thymelææ mistus prædicto oleo reliquis addatur. Dantur drach. quatuor.

Violentum medicamentum in ascite virorum robustorum tantum experiundum. Oleum hoc prius descriptum est, atque hoc electarium in simpl. cap. de thymelææ: præparanda autem folia vt in cap. eodem docuit. & postea docebit in alkekengi. Cydoniorum partes septuaginta in simplicibus scripsit, & manna partes sexaginta. Hoc autem contigit ob notas vel ablatas, vel luxatas, vel transpositas.

Nam lxxx. id est, octoginta: si vnum x. tollas, manent
30 *septuaginta: & xl. id est, quadraginta si transponas, lx. id est, sexaginta fient. Vtrobique igitur simile pondus est scribendum.*

Elect. alfebran pituitam & melancholiã purgat, & aquas: **O**
recipit alfebran boni, myrobalanorum citrearum, ana
vnc. diiis: trita & creta mergantur succo fœniculi, & insolentur
dies

dies quinq; affundendo sæpe succum nouum: siccatum reponne vase vitreo. Datur à drach. vna ad drach. duas cum saccharo, & aqua calida.

Hanc attigit in simpl. cap. de alsebran. id est, esula, vbi succum intybi, vel portulacæ, vel similiter frigidum expetit, vt hoc loco legendum non esse fœniculi suspitio sit uehemens.

Electarium de eupatorio, ad icterum & hydropem incipientem, recipit succi eupatorij, rhabarbari, ana drach. quatuor: croci drach. duas: laccæ, feminis cassuthæ. cacuminū 10
schicenu anthûs, sem. citreoli, cucumeris, portulacæ, succi absinthij, ana drach. tres: scammonij in cydonio cocti drach. duas & dimidiam: tere curiosè. Datur aureo vno cum lacte camelariū, aut aqua casei alcherigi. Quòd si calor adest, succo solani, aut intybi, aut volubilis reprime.

Per volubilem, lupum salictarium, id est, lupulum intellige: alia enim volubilis species nimis calent. Eupatorium est agrimonium: potest dari etiam maior mensura: semen cassuthæ non colligitur, an colligi possit, obserua.

Alkenangi. **D**aphysalidon, efficacis. ad hydropem & cachexiam & 20
affectus hepatis, lienis, iuncturarum, lubricitatem partiū nutritoriarum formæ corruptionem, hæmorrhoidas. Recipit succorum lupi salictarij, intybi, apij purgatorum, ana libras quatuor. In quibus myroba. citrearum, cepul. ana drach. duodecim: emblic. drach. quinquaginta: Indarum, bell. ana drach. octo: agarici, ireos, ana drach. decem: absinthij, cassuthæ, rad. apij, fœniculi, anisi ana drach. quatuor: vuarum passarū mundatarum drac. octoginta: coquantur igni lento ad cōsumptionem dimidij succorum: frica probè manibus: cola. Vni huius parti adde tamar Indorum, cheyron, & casisæ fistulæ ana vnc. 30
octo: mannæ vncias tres: cola, & munda. Alteri succorum parti adde penidiorum hordeatorum libras quatuor: misce omnia simul: bis feruefiant: tunc adde olei sesamini recentis vncias quindecim: percoq; ad mellis crassitudinem: ab igne depositis adde troch. diarhod. troch. de eupato. troch. de absinthi. troch. de rhabarba. ana vnciam vnam & dimidiam: ireos vnciã vnã agarici, foliorum thymelææ nutritorum in aceto ana aureos octo: scammonij, succi eupatorij, succi absinthij, croci, laccæ lotæ,

lotæ, myrobal. citrearum, cepularum, ana aureos quatuor: bel-
leric. embl. Ind. ana aureos tres, spicæ, anisi, ana aureos duos:
turbith. vnc. sex cum olei thymelææ tribus vnciis: omnia prius
inuoluta: prædictis misceatur: Datur à drach. tribus ad drach.
quatuor cum aqua intybi.

*Quibusdam in vsu est ad ascitem, & corporis colorem
cineritium, & plumbeum & hepatis, cachexiam, quæ hy-
dropis est initium. Hic per volubilem potius cum Manar-
do intellige lupulum, quam eam, quæ vitibus circumplexa
fert campanulas, lactariam & purgatricem, quam Mesuæ
10 interpres intelligit. Cum saccharo vel melle confici potest,
bis in mense sumpta, multos hydropicos sanauit. Trochisci
diaphysalidon Pauli septimo ab hac compositio diuersi sibi.*

Electarium Diacydonites cholagogū & phlegmagogū,
colicos affectus & alios partium nutritoriarum iuuat: re-
cipit succi cydoniorum libras tres: mellis libras duas: scam-
monij fescunciam: galliæ, caryophyllorum, zingiberis, mastiches,
piperis longi, cinnamomi, nucis moschatae, ana drachm. tres:
misce. Datur ab aureo vno ad aureos tres: Si vis cholagogum
20 fieri & phlegmagogum, adde scammonij drac. quindecim: tur-
bith drach. duodecim. Si vis tantum esse phlegmagogū, omif-
so scammonio misce turbith drach. viginti quinque: cnici ex-
corticati drac. quindecim. Si bilem atram vis eo vacuare, præ-
dictorum loco misce elleborum nigrum, aut epithymum, aut
polypodium, melle vel saccharo excipitur: fit cum cydoniorū
nunc succo, nunc carnibus, nunc ambobus simul.

*Id non est in vsu, sed quod à Nicolao scribitur. Electa-
rium Indum vtrunque & diaphœnicum phlegmagoga
sunt, etiam in febribus clementia. Diamanna, & electa-
30 rium de succo rosarum Nicolai etiam in febribus sunt cho-
lagoga idonea.*